Kopp. Ammonii. Eranii. aliorum distinctionibus synonymicis earumque communi fonte

DE AMMONII, ERANII, ALIORUM DISTINCTIONIBUS SYNONYMICIS EARUMQUE COMMUNI FONTE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA ALBERTINA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE X MENSIS IULII A. MDCCCLXXXIII

HORA XII

UNA CUM THESIBUS ADIECTIS PUBLICE DEFENDET

ARTHURUS KOPP.

ADVERSABUNTUR: **MAXIMILIANUS LEHNERDT,** DR. PHIL.
BRUNO LEHMANN, STUD. PHIL.

REGIMONTI.
EX OFFICINA LIEDTKIANA.
MDCCCLXXXIII.

Herrn Prof. Dr. E. Rohde
ehrerbietigst
d. Verf.

ARTHURO LUDWICH
SACRUM.

De Ammonii, Eranii, aliorum distinctionibus synonymicis earumque communi fonte.

Postquam Arthurus Ludwich, V. D., summa, qua solet, liberalitate, quaedam ad artem Graecorum synonymicam spectantia, quae ei — in gravioribus scilicet curis versanti neque hunc locum nisi obiter tangenti — sese obtulerant, mecum communicavit, atque ita primum fontibus huius artis imbutus sum, cupido altius penetrandi me invasit; ac tali ratione mox in ingens mare synonymicum delapsus sum, cuius cum vasto gurgite impigre natando, quantum potui, luctabar, donec quaedam expiscarer, quae utut exigua, hoc loco publici iuris facere animum induxi.

I. De Ammonii, qui dicitur, libro.

(Praef. Valck. secundum ed. Lips. cetera secundum ed. Lugd-Bat. citantur.)

Librum synonymicum, quem post Valckenaerii editionem sub Ammonii nomine in usum vocare solent, tali condicione, quali nunc extat, non profectum esse ab eo, qui primus collectionem horum fere sy'nonymorum instituit, homines docti facile sibi persuadebunt. Ipse Valck. Praef. p. XII. tale suspicatur, cum dicat: „..... persuasus sum, Ammonium lexicon conscripsisse, quod dicunt *ἄτακτον* et, quas tradit, verborum differentias in certas potius classes disparasse, neque ullam habuisse ordinis literarum rationem. Primum, quoniam is ordo Veterum repugnat consuetudini, deinde libelli naturae. Adde, quod eadem saepe recurrant, quae manifesto recentioris curam produnt, qui lectoris, ut putabat, commoditati servire voluerit. Clarissimum denique huius rei argumentum ex Animadversionum nostrarum II. c. X. capi poterit." Hoc in universum ita esse, ut Valck. vult, adeo est in propatulo, ut aeque molestum et inutile sit, de hac re fusius agere. Ergo haec Vaclckenaerii verba mente tenens perlege Ammonium; noli praeterea neglegere, quod nonnullis, ut nunc se habent, locis, distinctio synonymica, quae esse debuit, desideratur; v 29 *Βάρις, Βάσανος, Βασκαίνω* 44 *Δίκη*, 46 *Δωροδοκία*, 65 *Ζῆλις, Ζῆλον*

ϱία εἴδη, 68 *Ἡσυχία*, 70 *Θερίζειν*, 73 *Ἱερά*, 86 *Κωφός*, 92 *Μάγος*, 99 *Ξενίζειν*, *Ξυστός*, 111 *Παῖδα*, 112 *Περιμάξαι*, 120 *Πρέσβεις*, 128 *Σηκός*, 133 *Σχολῇ*, 138 *Τύραννον*, 140 *Ὑπάρξαι*, 146 *Χειμάζειν*, 149 *Χρήστας Χρηστήριον*) tum animadverte, titulos nonnunquam haud satis congruere cum distinctionibus, quae eos sequuntur; (v. ut leviora omittam 35 *Γέρων*, 144 *Φωνεῖν*. 145 *Φωλεός*) deinde attende ad diversam rationem literae *A* diligentissime exaratae ceterarumque literarum, quae multimodis vitiis deturpatae sunt eoque plures neglegentias ostendunt, quo propius a fine absunt; tandem collustra singulorum inaequalitatem articulorum modo doctrina et testimoniis excellentium, modo nimis tenuium, haec si universa consideraveris, condicio libri a Valckenaerio editi quam maxime id tibi postulare videbitur, ut eius priscam ac genuinam formam a posteriore grammatico, forsan eo, qui has distinctiones ad literarum ordinem applicavit, deflexam atque inversam esse putes, vel etiam, si tale quid minus facile credideris, pone modo, id quod et per se verisimile est, partim iniuria temporum et incuria librariorum, partim horum licentia maleque adhibita doctrina hic illicve articulum alienis additamentis auctum, modo etiam in brevius contractum, modo immutatum, modo corruptum esse; amplius enim nihil egomet mihi concedi velim.

Neque vero opus illud, quo Ammonianus liber fundamento nititur, usque eo obliteratum esse a magistellis posterioribus credibile est, ut nunc prorsus ab eo diversus liber extet; immo quamvis multa aliunde appicta, omissa, decurtata, depravata sint, tamen manifesta, quae hodiedum servata sunt, vestigia secutus, maximam libri Ammoniani partem uni eidemque auctori, qui circa annum p. C. n. centesimum vixerit, tribuendam esse confidenter

statuo. Elucet enim certa quaedam ac constans dicendi ratio, quae si quidquam, maximam libri partem uni deberi demonstrat. p. 5 *Αἰτῶ. Μένανδρος διαστέλλει. Αἰδώς: διαστέλλει Ἀριστόξενος τὴν διαφοράν.* 13 *Ἅμα: Ὅμηρος διαστέλλει.* 59 *Ἐρᾶν: διαστέλλει Ὅμηρος.* 106 *Οὕνεκα: Ὅμηρος διαστέλλει.* 131 *Συμμαχεῖν: διέσταλκε Θουκυδίδης.* — — 19 *Ἀποδρᾶναι: λέγει δὲ Ξενοφῶν τὴν διαφοράν.* 73 *Ἱκέσθαι: Ὅμηρος τὴν διαφοράν φησιν.* — — 20 *Ἀπό: οἱ ἐναλλάσσοντες δὲ ἁμαρτάνουσιν.* 23 *Ἄρτι: Ἁμαρτάνει Σαπφώ.* 50 *Ἔνδον: ἁμαρτάνει οὖν ὁ λέγων.* 68 *Θεωρός: ἁμαρτάνουσιν.* 106 *Οὕνεκα. ἥμαρτεν οὖν Καλλίμαχος.* 121 *Πῦς: ἁμαρτάνουσιν* 119 *Πρῶτος: ἁμαρτάνει.* 124 *Σταφυλή: ἡμαρτῆσθαι.* 136 *Τοὕνεκα: ἁμαρτάνει οὖν Καλλίμαχος.* 62 *Εὐθύς: ὁ οὖν ἐναλλάσσων ἁμαρτάνει, καθὰ Μένανδρος.* 95 *Μνήμη: ὥστε ὁ τούτοις ἐναλλὰξ χρώμενος ἁμαρτήσεται.* 105 *Οὐδέν: ὁ οὖν ἐναλλάσσων ἁμαρτάνει.* 27 *Ἀτελές: οἱ οὖν ἐναλλάσσοντες ταῦτα ἀκυρολογοῦσιν.* 30. *Βίος: ἀκυρολογεῖ* 34 *Γενέθλια: ἀκυρολογεῖ.* 145 *Φωλεός: ἀκυρολογεῖ.* 27 *Αὖθι: κακῶς οὖν Καλλίμαχος.* 118 *Πρόξενος: οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὐριπίδης.* 96 *Μῦθος: οὐκ ἄγαν ὀρθοεπεῖ.* — — 67 *Ἠ: ἀγνοήσει τὴν διαφοράν.* 142 *Φθοῖ: ἠγνόησεν οὖν Καλλίμαχος.* — — 47 *Γῆμαι: Ὅμηρος τὴν διαφορὰν τετήρηκεν* 107 *Οὐλή: Ὅμηρος τὴν διαφορὰν τετήρηκεν.* 132 *Σφάξαι: Ὅμηρος τὴν διαφορὰν τετήρηκεν.* 141 *Φακούς: τετήρηται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ διαφορά* 47. *Ἔκγονος: Ὅμηρος δι' ὅλης τῆς ποιήσεως τετήρηκεν.* 55. *Ἐπίκουροι. Ὅμηρος δι' ὅλης ἐφύλαξε τῆς ποιήσεως τὴν διαφοράν.* 59 *Ἐρᾶν: φυλάττει γὰρ ἄκρως ὁ ποιητὴς τὰς τοιαύτας ἐναλλαγάς.* 129 *Σοῖο: καὶ φυλάττεται ταῦτα ἄκρως παρ' Ὁμήρῳ.* — — 50 *Ἔνδον: Σοφοκλῆς τὴν διαφορὰν συγχεῖ.* 86 *Κωμῳδός: συγχέουσι τὴν διαφοράν.* — — 1. *Ἀβέβηλα: ἡ κοινὴ χρῆσις.* 130 *Στρατεία: ἐναλλάσσει*

δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει. 22 Ἁρπάγη: καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ. 37 Γράμμα: ἐν τῇ συνηθείᾳ. 67 Ἧς: κατὰ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν. 94 Μιστή: καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ προφέρομεν. 124 Σταφυλή: τινὲς δὲ βοηθοῦντες τῇ συνηθείᾳ. 140 Ὑπάγειν: οἱ δὲ βοηθοῦντες τῇ λέξει. 11 Ἁλίσπαρτον: ὅβιος.

Talia ab homuncionibus, qui collectioni nostrae synonymorum vel describendo vel recudendo operam navaverunt, persaepe ut superflua omissa esse suspicari licet. Sed ea, quae ab eis relicta sunt, magna voce se uni eidemque auctori deberi testantur, atque, cum ea nisi in articulis melioris notae — eos dico qui et ubertate doctrinae et multitudine testimoniorum excellunt, — non inveniantur, maximam eandemque optimam libri Ammoniani partem uni auctori tribuendam esse apparet.

Hic autem sub finem primi p. C. n. saeculi vixisse existimandus est, qua in re Valckenaerio non possum non assentiri. Scitus homo sententiam suam explicavit p. XXVII praefationis. Ego hoc unum addo: Herodianus nusquam in libro, de quo agitur, commemoratur. Jam finge tibi grammaticum vel quarti vel tertii saeculi, vide, quam diligenter ille Tryphonis περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας libros (Ἐξανεψιοί, Θαλαμάς, Μιστή, Τροχοί, Ἁρπάγη), necnon Ptolemaei Ascalonitae τῶν ἐν Ἰλιάδι προσῳδιῶν libros (Σταφυλή, Τρίετες), Heraclidisque libros περὶ καθολικῆς προσῳδίας (Νῦν, Σταφυλή) in usum adhibuerit, eundemque grammaticum Herodiani libros prosodicos prorsus neglexisse putaveris? Is grammaticus cum fingi nequeat, summam nostrae collectionis ante Herodianum congestam esse mihi persuadeo. Neque quidquam invenio, quamvis acerrime quaerens, quod huic persuasioni obstet. Neque enim cogitandum est de quibusdam, quae, si revera ea ab auctore saeculi secundi

dici potuisse nullo omnino modo credibile est, certe ab interpolatore recentioris aetatis in librum nostrum illata sunt, neque eis rei est cum auctore illo primo, quem equidem quaerendum mihi proposui. Vide de iis, si vis, Valckenaerium, ego, quamquam dubius, num tanti sit, locum Wiehii, qui et ipse de iis disputavit, nunc propono. „De vestig. et reliqu. synonym. artis Graecorum.“ p. 81. „Sunt denique vestigia inferioris aetatis grammatici Christiani, nam in voc. *Ἐπίτιμος* ubi repetuntur fere ea, quae in voce *Ἐπιτίμιον* dicta sunt, adduntur haec verba: *καὶ Ἐπιτίμησον αὐτῷ ἀντὶ τοῦ ἐπίπληξον*, quod exemplum Valck. sine dubio recte suspicatur ex Evangelio Lucae XVII. 3 sumptum esse, frustra obloquente Ammonii editore homonymo. In voc. *Πειραστής* Nilus quidam citatur, cuius nominis scriptorem neminem ante finem saeculi quinti novimus, praeterea voc. *Πειραστής*, quo nomine diabolus appellatur, vix reperitur nisi apud scriptores ecclesiasticos.“ Talia nisi plura inveniuntur, admodum exigui momenti sunt, neque aut Valckenaerii aut Wiehii iudicium impediverunt, nihilominus enim alter eorum librum nostrum saeculo secundo, alter saeculo quarto assignat. Ideo ne me quidem amplius impedient. Contra nonnulla afferenda sunt, quae mirum in modum suspicionem, fere totam libri Ammoniani doctrinam ad saeculum secundum iniens vel primum finiens referendam esse affirmant. Nam de iis articulis, in quibus liber noster se vestigia Aristophanis, Tryphonis, Didymi, aliorum grammaticorum priscae aetatis secutum esse confitetur, nemo dubitabit, sed quam restant multa, quae tam nobili nomine non commendentur. Num ea omnia et ipsa illi aetati assignanda sunt? Omnia certe non, sed plurima, ac de nonnulis demonstrabo. De *ἀμυγδάλη* et *ἀμυγδαλῆ* pariter atque librum nostrum Tryphonem

egisse, demonstrat Athenaeus II 53 a. De ἀπονίψασθαι et κατὰ χειρὸς ὕδωρ αἰτῆσαι et Aristophanem et Tryphonem egisse testatur Eust. 1401,18 Ἀριστοφάνης δ' ὁ γραμματικὸς, φησὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρὸς τὸ δὲ μετὰ ταῦτα, ἀπονίψασθαι 1401,43 θετέον δ' ἐνταῦθα καὶ Τρύφωνος τὸ, κατὰ χειρῶν μὲν, πρὸ τροφῆς παρὰ τοῖς ὕστερον, νίψασθαι δὲ, μετὰ τροφήν. Eratosthenem ἀποκήρυκτος ab ἐκποίητος distinxisse, apparet ex. Lex. rhet. Bekk. An. Gr. 215,9. Ea, quae Ammonius de ἄξονες et κύρβεις tradit, ex parte Eratosheni, ex parte Aristophani deberi manifestum fit ex Cram. An. Ox. I, 221; (E. G. 355,45; E. M. 547,50); An. Ox. II, 455 etc. Quid? nonne Aelius Dionysius, qui teste Suida sub Hadriani aetatem floruit, multa tractat, quae et ipsa in libro nostro inveniuntur? Rindfleischii de Pausaniae et Aelii Dionysii lexicis rhetoricis commentationem, Meieri Opuscula II, Naberi Praef. in Photii lexicon §§ 4, 5, 24 perlegens, haec fere inveni: I. Eust 205,44 τοῦ δὴ τρισυλλάβου τινὲς ὀξύνουσι τὴν πρώτην συλλαβὴν, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος οἱ δὲ πλεῖστοι γελοῖον μὲν προπερισπωμένως τὸν γελωτοποιὸν λέγουσιν, οἷον τὸν μῖμον, γέλοιον δὲ τὸν καταγέλαστον· δοκεῖ δέ φησι τῶν παλαιῶν Ἀττικῶν εἶναι etc. v. Amm. 36. II. Eust. 906, 50 Ael. Dion. de θαλαμαί et θαλάμαι iisdem fere verbis, quibus Ammonius, sed hic Tryphonem auctorem citat ita ut ad huius articuli antiquitatem demonstrandam Aelius non desideretur. III. Eust. 1390, 50. Αἴλ. δὲ Διον. παρασημειούμενός τινα ὅπως κατὰ γένη προφέρονται, φησὶν οὕτω· — καὶ ἡ χάραξ τὸ τῆς ἀμπέλου ὑπόστημα. ὁ μέντοι χάραξ ἀρσενικῶς, τὸ χαράκωμα τοῦ στρατοπέδου. Similia apud Amm. 145. IV. Eust. 405,36 Ael. D. de ξένος πρόξενος ἰδιόξενος ἀστόξενος. Similiter Amm. 118. Uterque paucis verbis

mutatis, non nominatim Aristophanem Byzantium sequitur, v. Nauckium Ar. Byz. et Miller. Mélanges de lit. gr. 433,3. V. Eust. 1896,50 *διαφορὰν δέ τινές φασι Σικελιωτῶν καὶ Σικελῶν τὸτοὺς μὲν Ἕλληνας, τοὺς δὲ βαρβάρους εἶναι. φησὶ γοῦν Αἴλ. Διον., ὅτι Ἰταλοὶ μὲν οἱ βάρβαροι, Ἰταλιῶται δὲ οἱ ἐπῳκηκότες Ἕλληνες τὴν Ἰταλίαν. οὕτω καὶ Σικελοίφησι καὶ Σικελιῶται διαφέρουσιν.* Similiter Amm. 77 et 128. VI Eust. 1446,6 „*ἴσως δὲ καὶ φασκώλιον, ὡς δηλοῖ ὁ εἰπὼν*" „„*φασκώλιον δερμάτινον βαλάντιον, οἷον θυλάκιον· καὶ φάσκωλος ἡ ἱματιοφορίς*"" *ὡ'ς φησιν Αἴλ. Διον.* Eadem, quae Ael, habet, Amm. 141 inveniuntur. Alia, et leviora et magis dubia,omitto. Satis enim, quos protuli, loci, quibus ea se non invenisse sed aliunde petiisse Dionysius ipse prodit, demonstrant, illas differentias iam ante Dionysii tempora tractari solitas esse et ita fere tractari, ut in libro Ammoniano factum esse videmus. Qua in re, ne plus mihi sumam, quam fas habeo mihique opus est, in dubio relinquo, utrum Aelius sua ex collectione nostrae simili hauserit, an priores fontes, ut Aristophanem, Tryphonem adierit. Utrum enim rectum sit, neque in luce collocari posse credo, neque mea multum interest scire, quoniam id quod in meam rem facit, teneo, qui nihil nisi antiquitatem doctrinae Ammonianae, etiam si testimonia deessent, nonnullis exemplis probaturus eram. Jam si quis plura argumenta desiderat, adeat Herodianum, qui auctores priores secutus prosodiarum, Tryphonem, Ptolemaeum, Heraclidem fere omnia Ammonii *ὅ'μοια* tractat; ego cavens, ne in re dilucida nimis sim verbosus, locos Ammonii et Herodiani, nullo meo verbo adjecto, colloco. Amm. 4 *ἀγόραιος ἀγοραῖος* Herod. II, 88, 17; Amm. 3 *ἄγριος ἀγρεῖος.* Herod. II, 440, 24; II, 467, 5; A. 3 *ἄγροικος ἀγροῖκος.* H. 151, 13; A. 10. *ἄληθες ἀληθές.*

H. 350. 8; 490, 12; A. 15 Ἄμητος Ἀμητός. H. 220, 2; A. 12 ἀμυγδάλη ἀ'μυγδαλῆ. H. 321, 21; A. 17 ἄντικρυς ἀντικρύ H. 519, 3; A. 22 ἁρπάγη ἁρπαγή H. 304, 6; II, 856, 32. A. 26 ἀσφόδελος ἀσφοδελός H. 161. A.26 ἄττα ἅττα H. 479, 23. A. 84 κόνις κονίς H. 94, 19. A. 89 λῆμα λῆμμα H. II, 544, 29. A. 94; 116 μόχθηρος et μοχθηρός, πόνηρος et πονηρός H. 197, 19; A. 96 μύριοι μυρίοι H. 125,8; II, 441, 6; II, 443, 31; A. 105 οὔκουν οὐκοῦν H. 516, 23; A. 107 οὗρος οὐρός H. 193, 16; A. 114 πότος ποτός H. 215, 20; A. 117 πρωτότοκος πρωτοτόκος H. 235, 6. A. 120 σταφύλη σταφυλή H. 323 21; A. 136 τόμος τομός H. 169, 6; A. 137 τρόχοι τροχοί H. 225,24; A. 143 φόρος φορός H. 191, 11; II, 900, 23. Siquidem de aetate nostri libri disputans nimis longus fui, candide lector, tamen mihi veniam des, quaeso, quoniam verum libri auctorem quaerentibus hac in re cardo versatur; neque frustra me tibi molestum fuisse puto, nam firmissimis argumentis certos fines statutos esse vides, intra quos auctor quaerendus sit, ita, ut ultra tempus, quod interest inter Ptolemaeum Ascalonitam, Heraclidem, alios primi saeculi ineuntis grammaticos et Herodianum, progredi omnino non liceat. Nihil igitur proficiunt, qui de auctore tertii vel quarti saeculi cogitent, nam si eius aetatis grammatico rei esset cum nostro libro, certe non opus per se stans confecisset, sed omnia ex opere saeculi secundi ineuntis sublegisse putandus esset. Inde fit, ut reiiciam audacter Fabricii auctoritatem (cf. Bibl. Gr. ed. Harless V, 715) qui collectionem nostram synonymicam ab Ammonio illo, qui sub finem saeculi quarti vixit, ortam esse putat, idemque hac in re Wiehium (pag. 78) reprehendere audeo, qui, cum sibi intellegere videretur, Valckenaerio novum sibi saeculi secundi Ammonium fingenti rationem parum con-

stare, temerario studio libri Ammonio servandi deceptus, ad Ammonium Fabricianum recurrit, neque vero si animum attendisset ad ea, quae Valck. de aetate libri sui rectissime disputavit, id ei accidisset, quod nunc accidit, ut, non libri tempus, sed Ammonii nomen tuens, laterem lavaret. Jam vero priusquam de Valckenaerii Ammonio fusius disputem, non possum, quin Naberi quadam sententia defungar, quam ille nulla vel iusta vel iniusta causa addita nude posuit. Non ideo eam commemoro, ut hoc loco redarguatur, nam ita est inepta, ut tali labore nihil opus sit, sed ut illustri exemplo comprobem, quam temere nonnunquam de Ammoniano libro haudquaquam tali contemptu digno iudicetur. Praef. in Phot. Lex. ed. p. 120 „..... nihil impedit, quominus credamus alium quendam assumpsisse Apollonii nomen, eodem iure vel si mavis iniuria; qua ineptus scriptor de vocum differentiis, impudenter mentitur se esse Ammonium. Quis credat aequales Ammonii, qui Aristarchi discipulus fuit eique successit, vel Apollonii, quem Apionis magistrum fuisse vidimus, tam puerilia et ieiuna ferre potuisse?“ Credidit enimvero bonus vir et magnus criticus, hunc librum synonymicum ad Aristarchi discipulum referri, cum Didymi, Tryphones, Ptolemaei ab auctore in usum adhibiti sint. Numquis putat, a Nabero unquam librum Ammonianum versatum esse? Ego non putarem, nisi aliis locis rectius iudicaret.

II. De Ammonio, Eustathio, Herennio.

(Eust. citatur secundum ed Rom.)

Primo capiti id erat propositum, ut librum, quem Valck. sub Ammonii nomine publici iuris fecit, variis mutationibus profectum esse fere totum ab opere aetatis Herodiano antecedentis, probaretur. Reiectum est iudicium de posterioris aetatis auctore cogitantium, qui si fingeretur, restaret quaestio, quemnam anteherodianeae aetatis scriptorem is expilaverit. Apparet unam Valckenaerii sententiam ad illum verum genuinumque auctorem collectionis nostrae pertinere. Quid Valck. Ammonio praestiterit, passim summis laudibus extollitur, neque immerito, si spectatur ad multitudinem locorum in Ammonio feliciter emendatorum, si spectatur ad facile atque elegans, quod ubique prodit, ingenium. Sed in eis, quae de auctore libri sui disputavit, partim fortuna ei adversante, partim propria culpa misero errore lapsus est. Mirari licet, quam infirmo fundamento Valckenaerii sententia nitatur. Gravissimum ac fere unum argumentum, quod eum impulit, ut Ammonium auctorem libri a se edendi haberet, inde petitum est, (Praef. XXV) quod „antiquissimus Aristophanis scholiasta ex nostro libello unam observationem tetigit, eiusdemque auctorem vocat Ammonium ad Eccles. *v.* 607.“ (Duebnerus v. 611,) Sed Valck. carbonem pro thesauro invenit. Nam

illud „antiquissimum" scholion, quod in editione Aldina invenitur, recentissimae manui debetur. Nullus liber manuscriptus eorum, quos Dindorfius et Duebnerus, scholiorum Aristophaneorum editores, in usum adhibuerunt, illa verba exhibet, ac ne dubitari quidem potest, quin opera M. Musuri, a quo editio Scholiorum Aldina curata est, illo loco Ammonius commemoretur. Sed id Valck. neque scivit, neque scire potuit. Nihilominus temere egit. Nam vel si revera illud scholion antiquissimae aetati deberetur, tamen non demonstraret, quod Valck. vult. Demonstraret, quodam tempore quendam Ammonium extitisse, qui opere saeculi secundi usus hanc, quam habemus, collectionem synonymicam adornavit; nihil autem ultra probaret, nisi simul certissima vestigia Ammonii initio saeculi secundi florentis ostenderentur. Sed talis Ammonii nulla extant vestigia, neque Valck. ullo argumento talem Ammonium fuisse verisimile reddit. Noli enim mihi obiicere locum, (Praef p. XXVII) quo exponit, quid sibi velit illud Ἡρακλείδης ὁ ἡμέτερος, quasi ibi argumentum inveniatur. Nam si accurate rem consideras, ibi non Ammonium quendam extitisse discipulum Heraclidis demonstratur, sed nexus sententiarum ita se habet, ut auctorem libri discipulum Heraclidis grammatici initio primi saeculi florentis fuisse, Ammonium autem auctorem libelli, ergo discipulum Heraclidis, ergo hominem primi saeculi exeuntis fuisse dicatur. Vides ibi haudquaquam Ammonium auctorem esse novis argumentis firmatum, sed illo scholio falso totam Valckenaerii argumentationem niti. Neque hunc locum relinquo, quin moneam, quanta confidentia Valck. illam vocem ἡμέτερος ambiguam et variis modis explicabilem tali interpretatione sibi assumpserit, qualem sibi profuturam esse putavit, neque uni verbo lectione

admodum dubia tradito se totum dare dubitaverit. Nam cum habeat Amm. 124 *Σταφυλήν . . . . Ἡρακλείδης ὁ ἡμέτερος φησίν, Ἡμαρτῆσθαι*etc., in E. M. 742,44 legitur: *Σταφυλή . . . . . Ἡρακλείδης δὲ ἥμαρτε φησὶ λῆγον εἰς ὀξεῖαν*, neque temeraria sit suspicio, si quis illud *ἡμέτερος* corruptela in textum irrepsisse contendat.

Ergo talibus adminiculis usus Valck. novum sibi, qui ante eum nusquam gentium fuit, Ammonium finxit saeculi secundi, et hercle, ut est lepidus atque ingeniosus, id ei tam bene cessit, ut hic Ammonius stare videretur. Sed adminicula per se fragilia nunc fracta sunt, Ammoniusque ille Valckenaerianus, quem nisi in mente Valckenaerii non extitisse tene, claudicare atque labare incipit; tamen ego, finibus saeculi primi secundique circumscriptus, quoniam auctorem libelli ante Herodianum vixisse mihi persuasi, ad Ammonium Fabricianum reverti dubito, et quamlibet invitus, aut Ammonium illum Valckenaerianum, umbram illam atque inanem imaginem saeculo secundo obtrudendam, aut alium auctorem illius aetatis quaerendum esse dico. Iam vero quoniam de Valckenaerio nondum prorsus actum est, nunc si placet, videamus, quid Valck. profecerit, cum summo ardore se obiiceret iis, qui de alio auctore cogitaverunt. Operae pretium est audire, quid homines docti ante Valckenaerium de libro Ammoniano iudicaverint. V. Valck. Praef. p. XXI „Ex quo Aldus Manutius libellum nostrum sub Ammonii nomine in lucem edidit, vulgari quidem opinione Ammonius auctor fuit habitus; sed non multo post super hac re a nonnullis dubitari coeptum est. Vel enim incertum auctorem esse crediderunt, vel Philoponum: utramque sententiam tetigit Henr. Stephanus in Praefat. ad Commentat. de Atticae Dial. Idiomatis. Suspicionem de Philopono iniecit etiam Andreas Schottus

ad Cornelii Nepotis Datamen c. VIII. Verum tandem opusculi conscripti laudem Ammonio pene dubiam fecerunt, qui de Herennio Philone cogitant. Haec sententia veritatis similitudine commendabilis magnorum nominum auctoritate nititur. Paulus Leopardus, quod quidem ego noverim, primus in libris Emendationum monuit, auctorem libelli de verborum Differentiis a quibusdam Herennium Philonem vocari, veluti libri I c. 24. IX, 19. X, 6. XIII, 14. Horum opinionem satis fortiter tuetur Leopardus libri XI capite 15 ubi ita scribit: „„Bonus imprimis est author Herennius Philo, quem vulgus Ammonium vocat."" Qui hanc rem tanquam exploratam sine dubitatione posuerit, neminem novi praeter Menagium, cuius sententiam cemmemorant Baylius in Lexico, et Fabricius in bibliotheca Graeca. Reliqui enim, qui ab Herennio Philone non plane abhorruerunt, rem dubitanter positam fere in medio relinquunt."

Valck. hunc Herennium Philonem furca sibi expulisse visus est, sed iterum causae, quas profert, nimis sunt tenues. Doleo, de iis disputantem, me denuo lectori admodum molestum fore nimia tardidate, sed de eo, qui primitias artis criticae daturus est, melius se habere puto, si timide et caute, quam si audacter et temere progreditur. Patienter igitur audi Valckenaerium agentem meque ei obloquentem.

Valck. Praef. p. XXII sqq. „Primum tanquam dubio vacuum pono, eundem hunc (scil. Ammonianum) libellum versavisse Eustathium, et indidem plurima in Commentarios ad Homerum rettulisse. Verborum, quae tradit, discrimina ita plerumque proponit, ut satis indicet, ab aliis fuisse observata, his ad eam rem usus loquendi formulis: *Κατὰ τὸν παλαιὸν, Διαφέρειν φασί. Φασὶν οἱ παλαιοί. Διαφέρουσι κατὰ τοὺς παλαιούς.*"

Hoc ut tanquam dubio vacuum ponendum sit, tantum abest eamque sententiam tam multa dissuadent, ut ego potius id prorsus negandum esse putem. Nam cum etiamnunc tres extent distinctionum synonymicarum collectiones, earumque quae uberrima est, Ammonii nomen iactans, pro fonte illarum quamvis tenuium epitomarum ex maiore opere sublectarum, quibus nomina Ptolemaei et Herennii Philonis praefixa sunt, haberi nequeat, sed eas collectiones et Ammonianam et Herennianam et Ptolemaeeam per varias manus migrantes variarumque mutationum casus passas gradatim formam hodiernam induisse putandum sit, in qua tamen summa similitudo earum collectionum communem fontem manifesto prodit, hoc cum sit, complures rationes excogitari possunt, quibus similitudo distinctionum Eustathianarum et Ammonianarum evaserit. Has diversas rationes enumerare et quae earum sit veri simillima, expendere meum non est, nam, si recte auguror, Eustathius nullam collectionem synonymicam in usum adhibuit, sed omnes eius distinctiones ex fontibus secundariis haustas esse demonstrari potest. Tacebo de Aelio Dionysio, quem Eust. diligenter manibus versavit, quemque cum Ammonio nonnulla communia habuisse, supra, ubi de aetate libri nostri disputavi, ostendi, tacebo de Pausania qui et ipse quasdam distinctiones similes exhibet (cf. Eust. 878, 21 de ἅμα et ὁμοῦ; 1278, 50 de κάλλη et κάλλαια; 746, 39 de τάπητες et ἀμφιτάπητες), tacebo de Herodiano et Joanne Philopono, quorum in libris omnia Ammonii ὅμοια paucis exceptis Eustathio invenire licuit; summa enim distinctionum Eustathianarum, id quod Valck. recte adnotavit, illis debetur, qui οἱ παλαιοί ab eo dicuntur. Sed quomodo Valck. in ea opinione acquiescere potuit, ut illo Eustathiano κατὰ τοὺς παλαιούς, σημειοῦνται οἱ παλαιοί

etc. nonnunquam librum synonymicum innui crederet? Equidem protinus mihi persuasi, Eustathium tam constanti ratione modo hunc modo illum librum significare non potuisse, sed ad certam classem librorum spectare; et miratus, neminem adhuc suspicari ausum esse, quid obscura illa significatio sibi vellet, hic illic cum decem vigintive paginas libri Eustathiani perlegerem, Eustathium semper de veteribus scholiastis Homericis cogitasse vidi, ubicunque illud *κατὰ τοὺς παλαιούς, σημειοῦνται οἱ παλαιοί* etc. mihi occurrit. Nullum locum inveni, qui tali opinioni repugnaret, contra plurimos mihi adnotavi, qui vel maxime postulant, ut ita explicentur. Nonnullos profero: 1043, 10 ad *Π* 31: „*καὶ ὅρα τὴν Ὁμηρικὴν δεινότητα, καθὰ παρασημειοῦνται καὶ οἱ παλαιοί.*“ „animadverte vim Homericam, quam hoc loco adnotant etiam veteres interpretes.“ 1043, 55 ad *Π* 34: „*σημειοῦνται δ' ἐνταῦθα οἱ παλαιοί, καὶ ὅτι ἅπαξ ὧδε γλαυκὴν εἶπε τὴν θάλασσαν ὁ ποιητὴς ἐπιθετικῶς.*“ „hoc loco adnotant veteres interpretes“ etc. 1054, 1 *Π* 184 „*ἐν δὲ τῷ, εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς γράφουσιν οἱ παλαιοί, ὅτι ταῖς γυναιξὶν ἀνώγεοι θάλαμοι ἐγένοντο πρὸς τὸ μὴ συντυγχάνειν ῥᾳδίως τοῖς ἀνδράσιν.*“ „ad lemma *εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς* narrant interpretes veteres“ etc. 1051,16 *Π* 193: „*Ἐν τούτοις δὲ κεῖται σημείωσις τῶν παλαιῶν, ὡς ὁ τῆς Ἀχιλλέως μήνιδος χρόνος μετὰ τῆς παρούσης ἡμέρας ἑκκαιδεκάτη ἦν.*“ „hic invenitur adnotatio veterum interpretum“ etc. 17,15 *Α* 3: „*Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ ὅλον τοῦτο χωρίον, τὸ πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν, ἐπαινεῖται πρὸς τῶν παλαιῶν ὡς καιρίως ἐμπερίβολον.*“ 165, 14 *Β* 11: „*καί ὅτι τὸ καρηκομόωντας οἱ μὲν τῶν παλαιῶν ὑφ' ἓν ἀναγινώσκουσιν, οἱ δὲ ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου, κάρα, εἶτα κομόωντας.*“ 165, 41 *Β* 8: „*τοὺς δὲ γράφοντας ὑφ' ἕν, βάσκιθι, ἀνατρέπουσιν οἱ παλαιοί.*“ 166, 14 *Β* 12: „*Τὸ*

δὲ πανσυδίῃ καὶ διὰ τῶν δύο σ γράφουσιν οἱ παλαιοί" etc. 167, 14 B. 21: *„Γέροντας δέ φασιν οἱ παλαιοὶ παρ' Ὁμήρῳ τοὺς ἐντίμους λέγεσθαι, ὥς περ δὴ καὶ ἐνταῦθα καὶ μετ' ὀλίγον ἐν τῷ, βουλὴ μεγαθύμων γερόντων."* 169, 30 B. 41: *„Τὸ δὲ ἀμφέχυτο ἐνταῦθα ἐπαινεῖται παρὰ τῶν παλαιῶν."* 171, 1 B. 49: *ἐνταῦθα δὲ σημειοῦνται οἱ παλαιοί"* etc. Hi, quos protuli, loci, nullo modo stant, nisi ita explicantur, ut illos *παλαιούς* interpretes Homericos, Eustathio priores, esse putemus. Ac ne quis erraverit, sunt satis multi loci, quibus vox *παλαιοί* aliam habet significationem. Sed ii facillime seiungendi sunt. Etiam talium nonnulla proponam exempla: 18,22 *„ἀγὼν τοῖς παλαιοῖς ἦν πολύς, ὡς εἰκός, ἀποσεμνύνειν τοὺς ἄρχοντας ἢ καὶ ἄλλως ὑπερέχοντας."* „magnum priscis hominibus certamen fuit" etc. Eandem significationem v. 18, 45. Aliam habes 170, 12 *„δῆλον δὲ καὶ ὅτι οὐδὲ πάντοτε χιτὼν λέγεται τὸ ἐκ λίνου μὲν ὑφανθέν, ἐπικείμενον δὲ αὐτίκα τῷ σώματι, εἴγε καὶ ἐξ οὔλων ἐρίων χιτὼν λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς."* ubi *παρὰ τοῖς παλαιοῖς* apud antiquos scriptores (bei den Klassikern). Eandem significationem v. 1050,1. *„καὶ τοῦτο ἐστίν, ὃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τοὺς ἐπιλογικοὺς πραγματικοὺς οἴκτους ἐποίησεν* etc. Talia si a ceteris seiungas, constanter Eustathium innuere videbis scholiastas, ubi illis formulis dicendi utitur, ut *φασὶν οἱ παλαιοί, γράφουσιν οἱ παλαιοί, κατὰ τοὺς παλαιούς* etc.

Id igitur, quod Valck. primo loco posuit, falso positum est, nam Eust. vix ullam collectionem synonymicam manibus attrivit, sed distinctiones plurimas ex una vel pluribus scholiorum collectionibus petivit; iam videamus, quomodo cetera Valckenaerio processerint. Pergit Valck.: „Interdum eos nominat, quorum fide utitur noster. Quae de aetatum nominibus ex Alexionis epitome Mi-

scellaneorum Didymi adnotavit Ammonius, sub Alexionis nomine producit Eustathius. Apud eundem, fide Commentatoris Bacchylidae, leguntur, quae sub fide Didymi apud nostrum. Qui verborum differentias data opera exsecuti fuerint, Philoponum *ἐν τῷ περὶ λέξεων διαφόρως τονουμένων* et Herennium Philonem *ἐν τῷ περὶ διαφόρων σημαινομένων* memorat Eustathius, et, quae ex Herennio promit, eadem esse videntur cum illis, quae apud Ammonium prostant; ut adeo non leve sit universum Ammonii librum ad auctorem Herennium referendi argumentum. Prius tamen, quam prave iudicetur, eas observationes considerari velim, quas Herennio acceptas refert Eustathius. Illae omnino quatuor adnotantur, in quibus declaratur, quo differant *Αἶνος* et *Παροιμία, Ἀρρωδεῖν* et *Ὀρρωδεῖν, Ἀσφόδελος* et *Ἀσφοδελός, Ἀστὴρ* et *Ἄστρον,*" Haec optime, neque habeo, quod addam, praeterquam quod Eust. 1727, 10 Herennio addicit differentiam vocum *Νῆες* et *Πλοῖα,* quae differentia fere gravissima est ad hanc quaestionem decernendam. Sed de eo postea. Nam ne sic quidem Valckenaerio ratio constat. Audi igitur porro Valckenaerium: „Ad primam differentiam vocum *αἶνου* et *παροιμίας* Eustathius eadem habet, quae Ammonius, Archilochi, Hesiodi, et Callimachi loca, Lucilium etiam citat Tarrhaeum, universa autem se accepisse testatur ab Herennio Philone, subiungens: *καὶ οὕτω μὲν καὶ τοῦτο κατεστρωμένον οὕτω ῥητῶς ἐν τοῖς Ἑρεννίου Φίλωνος.* Itane vero? Age fuerit Herennio vetustior Lucilius; hunc descripserit Herennius; licuitne idem Ammonio? Ita opinor. Quid? non sententiam Herennianae observationis, sed ipsa Herennii verba ῥητῶς nobis tradidit Eustathius: *Ῥητῶς δὲ κατὰ τὸν παλαιὸν εἰπεῖν (Αἶνός ἐστι) λόγος μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων*

παραίνεσιν. Quaero nunc, utrum ea in Ammonio legantur, an ad verbum conveniant cum illis, quae ex Eranii Philonis Schedis p. 162 vulgavimus? Secunda observatio de verbis Ἀρρωδεῖν et iisdem paene verbis apud Eustathium sub nomine Herennii et in Ammonii libello prostat. Sed ponamus, ante Ammonium extitisse huiusce moduli opus ab Herennio confectum; an non ea in nota innuit Ammonius, vetustiorum se ad eam rem declarandam verbis uti? οὕτως γάρ, inquit, ἐξηγοῦνται τὴν λέξιν." Etiam his in verbis, etsi quaedam aliter esse cogitanda postea probare conabor, nihil inesse video, quod ego nunc meum facere dubitem aut quod redarguere mea intersit. Nam Valck. ponit, ante Ammonium extitisse opus synonymicum ab Herennio confectum. Optime. Herennium quaedam cum Ammonio communia habuisse censet Valck. Idem ego censeo. Usque huc Valck. non negat, Eustathio fortasse genuinum opus Herennianum in manibus fuisse. Ego ne vellem quidem id negari posse. Iam quaerendum erat, illud Herennianum opus ab Eustathio significatum quod Ammonii quaedam similia habere Valck. statuit, adeone Ammonii simile fuerit, ut aut Herennius aut Ammonius auctor per se stans haberi nequeat. Hoc si quaeras primumque ponas utrumque nomen iure positum esse, Herennius genuinus auctor, Ammonius epitomator — et sunt satis multi Ammonii posterioris aetatis, inter quos seligere possis — habendus sit. Sed si Ammonium habeas auctorem, temporis ratio de epitome eius operis Ammoniani ab Herennio confecta eogitari non sinat, sed Herennii nomen falso positum tibi credendum sit. Tale quid Valckenaerium deliberasse credas, nam in sequentibus Herennii nomen fraude magistelli posterioris positum esse sibi persuadet, nunc igitur imprimis attende animum, ne te fu-

giant causae, quibus commotus distinctiones Eustathianas Ammonio addixerit, Herennio abiudicaverit. Sic pergit Valck.: „Quod porro ad firmandam vocum *ἀσφοδέλου* et *ἀσφοδελοῦ* differentiam ambitiose Herennium Philonem *ἐν τῷ περὶ διαφόρων σημαινομένων* advocet Eustathius, uti et ad voces *ἀστὴρ* et *ἄστρον*, admirabile videri possit atque ridiculum. In re pervulgata, et a multis ante Eustathium tradita, adeone alterius laudem sibi tribuere formidavit Thessalonicae archiepiscopus, ut sancte Herennium nominet? Crederemus, si eandem ubique diligentiam adhibuisset.“ Nil video, quod in rem faciat. Sed inania verba audio, subitque mirari, ad talia Valckenaerios refugere. Bonus noster archiepiscopus haudquaquam ignoravit, se admodum nota referre. Dicit enim 10, 831: *διαφορὰν δὲ ἀστέρος καὶ ἄστρου, τὴν καὶ ἀλλαχοῦ δηλουμένην, Ἑρέννιος Φίλων φησίν* etc. Sed quidnam dubito, cetera Valckenaerii proferre, cum ibi mehercle si usquam certas eius causas allatas esse putandum sit. Noli mirari, si falleris. „Ita igitur statuo, Eustathium legisse eundem, quem habemus, Ammonii libellum, et simile etiam opusculum sub nomine Herennii Philonis, non veteris istius grammatici Byblii, sed Ammonio longe recentioris, qui multa Ammonio sublegerit, et clarum nomen suae opellae praefigere voluerit. Huic suspicioni fidem faciunt, quae Ammonio eum in finem subiecimus, Eranii Philonis Excerpta. De eo addubito, utrum hunc libellum pleniorem legerit Eustathius, an plerumque Ammonium non nominatum descripserit.“ Iam iam adest illud, quod caput est disputationis Valckenaerianae, hoc hoc ipsum Valck. demonstraturus erat! Sed quam raptim in hanc sententiam proruit! Ubi sunt tandem argumenta, quibus nisus talia contendat! Quibus causis nobis persuadet, Eustathium, cum habu-

erit librum Herennii nomine seu vere seu falso insignitum, qui Ammonii fuerit similis ideoque ea fere ei praebuerit, quae habet Ammonius, tamen etiam Ammonio usum esse! Hoc certe debuit demonstrare. Valck. autem nullum vestigium ostendit, quo confisi credamus praeter illum librum Herennianum alium librum synonymicum manibus Eustathii attritum esse. Quid? nonne vides, quam fluctuet Valckenaerii sententia, ut eum nesciisse appareat, quid statueret? Primo loco ponit Eustathio in manibus fuisse et Ammonii libellum et simile opusculum sub nomine Herennii, postremo autem ponit aut Herennium eo quem nos habemus pleniorem, aut Ammonium ab Eustathio descriptum esse, ut seligere possis, utrum archiepiscopum Ammonio solo, an Herennio solo, an Ammonio et Herennio usum fuisse credere malis. Quocunque te vertis, Valckenaerio ratio non stat, itaque tandem eius sententiam missam facio, in qua redarguenda iam nunc nimis moratus sum, quoniam vix ad rem meam faciat, utrum Valck. de Eustathio recte an falso iudicaverit. Nam ego, cum demonstrasse mihi videar, distinctiones Eustathianas ex variis fontibus haustas esse ideoque, unde singulae sumptae sint, vix a quoquam in luce collocari posse putem, neque ipse de auctore meo iudicans multum tribuam Eustathio, neque omnino eius auctoritatem hac in re diiudicanda magni faciendam esse arbitror. Ac ne tum quidem hanc in quaestionem multum redundaturum esse mihi persuasi, si quis totum pervolutet Eustathium. Ab eo labore et Valckenaerius quamquam eius de Eustathio rem quam accuratissime statui pluris intererat, tamen abhorruit, neque ego, ut tale quid susciperem, a me impetrare potui, quoniam commentarium ad librum Iliadis *Π* totum perlegens neque unam distinctionem ibi inveniens, indicemque a

Devario confectum constanter evolvens magnumque distinctionum numerum mihi adnotans, fructus pro tanto labore vel admodum exiguos vel nullos fore satis compertum habeo. Itaque nunc, priusquam ab Eustathii mole discedam, brevi exponam, quid ego mihi sumam ex Eustathio, ut puto, Valckenaerianis placitis multo minus sed firmius neque plus tanto, quantum summa cum fiducia dici potest quantumque ne ab uno quidem negatum iri scio.

Eust. 1727,10 *Ἑρέννιος οὖν Φίλων διαφέρειν φησὶ νῆας πλοίων κατὰ Δίδυμον· τὰ μὲν γὰρ στρογγύλα, αἱ δὲ στρατιώτιδες. εἰς ὃ φέρει καί χρῆσιν Ἀριστοτέλους ταύτην· Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς αὐτὸν μεταπεμψαμένων Ταραντίνων ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους πόλεμον ἐξέπλευσε ναυσὶ μὲν πεντεκαίδεκα, πλοίοις τε συχνοῖς ἱππαγωγοῖς τε καὶ στρατιωτικοῖς.* Haec paululum immutata et in brevius contracta leguntur in schedis Eranii Philonis p. 171, optime congruunt cum Ammonio ita ut paene singula verba singulis verbis respondeant. Valck. de Eustathio disputans hanc distinctionem omisit atque ita, ut vix casu ei hoc accidisse credas. Nam in nota 82 p. 98. idem Eustathii ille locus innuitur. Iam sive ponitur Eustathio ipsi librum nomine Herennii seu iure seu iniuria posito insignitum in manibus fuisse, sive credere mavis in libro alieno Herennii nomen citatum invenisse Eustathium, id quam certissime apparet, vel Eustathii temporibus vel antea librum sub Herennii nomine circumlatum esse, in quo prostabat distinctio inter voces *νῆες* et *πλοῖα* facta iisdem fere verbis, quibus apud Ammonium nostrum.

1698, 26 *Ἀσφοδελὸς μὲν γὰρ προπαροξυτόνως τὸ φυτὸν κατὰ Ἑρέννιον Φίλωνα, ἀσφοδελὸς δέ, ὀξυτόνως, ὁ αὐτοῦ τόπος.* Idem fere 906, 58 ubi citatur *Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ περὶ διαφόρων σημαινομένων.* Pari modo distin-

gunt Eran. Ph. 161 et Amm. 26. Quodam tempore igitur collectio quaedam synonymica circumferebatur, in qua plura quam in epitome Eranii Philonis, eadem fere quae in Ammonio legebantur, eique collectioni nomen Herennii praefixum erat. Idem affirmant hi loci: 831, 10 *διαφορὰν δὲ ἀστέρος καὶ ἄστρου, τὴν καὶ ἀλλαχοῦ δηλουμένην, Ἐρέννιος Φίλων φησὶν ἐν τῷ περὶ διαφόρων σομαινομένων, λέγων ὡς ἀστὴρ μὲν ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ζωδίῳ, καθό φαμεν τὴν ἄρκτον ἐξ ἀστέρων τόσων συγκεῖσθαι. ἄστρον δὲ τὸ ὅλον ζώδιον τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων συνεστός.* Paulo aliter Amm 26, Eran. Ph. 155, ita tamen, ut manifesta similitudo et Eustathium et Ammonium et Eranium ad eundem fontem spectare prodat.

855, 2 *αἶνος γάρ ἐστιν οὗ καὶ ὁ μυθώδης λόγος, ὡς καὶ παρ' Ἡσιόδῳ· αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, ἤτοι μυθώδη παραίνεσιν, περὶ οὗ δὴ αἴνου καὶ τοιαῦτα φασὶν οἱ παλαιοί: „αἶνος καὶ παροιμία διαφέρουσι, καθὸ ὁ μὲν αἶνος λόγος ἐστὶ μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν, ὥς φησι Λούκιος ὁ Ταρραῖος ἐν πρώτῳ περὶ παροιμιῶν· ἀπὸ μὲν ἀλόγων ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ αἶνός τις ἀνθρώπων ὡς ἄρ' ἀλώπηξ καὶ ἀετὸς ξυνωνίην ἔθεντο· καὶ Ἡσίοδος, νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα· ἀπὸ δὲ φυτῶν ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, ἄκουε δὴ τὸν αἶνον, ἔν κοτε Πύλῳ δάφνην, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ἔστιν ὁ αἶνος ἐξηπλωμένη παροιμία.“ καὶ οὕτω μὲν καὶ τοῦτο κατεστρωμένον οὕτω ῥητῶς ἐν τοῖς Ἐρεννίου Φίλωνος.* Similiter sed fusius, ita ut fere omnia, quae Ammonius habet, et ipse exhibeat, de *αἶνος* et *παροιμία* agit Eust. 1768, 57 ubi vide illud *ῥητῶς δὲ κατὰ τὸν παλαιὸν εἰπεῖν, λογος μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν.* Totum locum ambagibus nimis molestum nimisque

confusum non describam. Nam librum synonymicum de Herennio nominatum etiam in hac distinctione explicanda eadem fere habuisse, quae in libro Ammoniano nunc inveniuntur, in propatulo est. Id unum in dubio haerere potest, utrum verbis *φασὶν οἱ παλαιοί* et *κατὰ τὸν παλαιόν* tantum tribuendum sit, ut nomen Herennii scholiastae cuidam Eustathium debere credamus, an llum librum Herennianum ipsum Eustathio in manibus fuisse censeamus. Hoc ego vix credam, illud nisi mihi credatur, eo melius de me res se habet. Amm. p. 6 nonnihil in diversum abit, melius consentit, praeterquam quod admodum pauca tantum exhibet, Eran. Ph. 162 cum Eustathio. 906, 60; 1871, 43 de *ἀρρωδεῖν* et *ὀρρωδεῖν* Eustathius eadem fere, quae Amm., habet, tamen se vestigia Herennii premere profitetur. Illos duos locos, cum iam nihil novi afferant, ne taedio sim, omitto. Iam enim satis superque apparet, id quod etiam Valckenaerio videbatur, quodam tempore quandam Ammonii simillimam epitomen nomen Herennii Philonis iactantem extitisse. Hoc est, quod ego ex Eustathio colligi velim. Nihil ultra mihi sumo neque plura sumere mihi opus est. Valck. bene fecisset, nisi plura ex illis locis Eustathianis concludere ausus esset. Iam relinquo Eustathium et ad id propero, quod ultimo loco proponendum putavi.

p. XXIV Valck. haec habet: „Ex illis quae disputata sunt, constare arbitror, nihil esse causae, quapropter Herennium Philonem libelli nostri auctorem esse crederemus, quem Ammonio constanter tribuunt MSS. Codices, qui in Regiis Bibliothecis Parisiis et in Anglia adservantur.“ etc. Sed vel si sescenti codices Ammonii nomen testarentur, opus autem, cui illud nomen praefixum esset, tempori assignandum esset, quo

talem hominem vixisse nullum extaret vestigium, cum postea multi eius nominis viverent, non nomen auctoris, sed nomen epitomatoris in codicibus extare facile quis crederet. At vide, sodes, quomodo codices manuscripti se habeant.

Montf. Bibl. Bibl. MSS. Nova. I 685. Cod. 7373 (Bibl. Hibern.) Ammonii Lexicon Graece et interpretatio nominum Hebraicorum. — II, 246 Cod. 8563 (Catal. libr. MSS. Angl. et Hib.) Ammonius de differentibus et similibus vocabulis. — Haenel Catal. libr. MSS. p. 881 Cod. 2336 Middlehill. *Ἀμμωνίου περὶ λέξεων* Graece. — Catal. Cod. MSS. Bibl. Bodl. Coxe I. Misc. 210. sec. XV Ammonii Grammatici de impropria dictione tractatulus. *Ἀμμωνίου περὶ ἀκυρολογίας. ἀκυρολογία. Ἀμμωνίου περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.* Villois. An. Gr. II, 102. Cod. 652 „Denique *Ἀμμωνίου περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων* usque ad vocem *Οἰκῆας* literae O. Caetera autem folia in hoc codice avulsa sunt.“ De eodem codice p. 249: „Cod. DCLII Ammonii *περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.* In Ed. Ald. imperf.“ — Catalogus Regiae Parisiensis mihi non praesto fuit, sed audi Fabricium V, 715 Bibl. Gr. ed. Harless. „Paris. in bibl. publ. in codd. 2652 et 2669, at in codice 2662 esse dicitur (Catal. codd. tom. II p. 536) anonymi de similibus et differentibus vocabulis libellus, ab Ammonio et Ptolemaeo Ascalonita diversus, cuius tamen ope Ammonius prodire possit emendatior. — — Montf. Bibl. Bibl. II, 770. Paris. Reg. Eranii Philonis de differentia significationis. — I, 34. Bibl. Regin. Suec. In Vatic. 928. Eranius Philo de differenti vocum Graecarum significatione per Alphabetum. — I, 676 Bibl. Anglic. MSS. Is. Voss. 2247 Herennius Philo (qui vulgo Hammonius) vel Symeon, ut in

Vat. 1362 manuscripto suo legebat Fulvius Ursinus, ipso teste ad Lyricos Graecos p. 299 et 326. De differentia significationum, ordine alphabetico. — Catal. Codd. MSS. Bibl. Bodl. Coxe I Index. Philo, Herennius περὶ σημα-
D'Orville 131 σιῶν D'Or. X, 1, 4, 29. — Fabric. Bibl. Gr. ed. Harl. V, 718: „Herennii Philonis περὶ διαφόρων σημαινομένων, sive de differentiis vocabulorum per Alphabetum in cod.
Paris. 1270 901 regis christianissimi extare scribit Labbeus Bibl. Nova MSS. p. 103. — — Montf. Bibl. Bibl. p. 495 d. Ambros. Cyri Simeonis de differentiis nominum et verborum cum scholiis valde bonis. eiusdem interpretatio sacrorum et mysteriorum. — 504 e. Simeonis Tyri de differentiis verborum. — — Adde a Fabricio sub nomine Ptolemaei Ascalonitae editas schedas. — —

Haec fere, catalogos nobilissimarum bibliothecarum evolvens, inveni, nonnulla forsitan desint et plura quaerens plura inveniat, sed mihi haec satis. Suspicari licet, eas omnes collectiones synonymicas inter se simillimas esse, ut, modo uberiores, modo parciores, in universum non magis differant, quam eae, quae omnium oculis propopositae sunt, Ammonii, Ptolemaei, Eranii; ergo omnes unum eundemque fontem sequi. Sed cum unus auctor is habendus sit, a quo omnes illae collectiones profectae sint, quid statuas de varietate illa nominum? Statuendum est, ab antiquo quodam auctore satis amplum opus synonymicum confectum esse, quod ut erat utilissimum, a multis magistellis posterioris aetatis expilatum paulatim obliterabatur, cum epitomae certatim conditae in eius locum succederent. Neque tamen omnes epitomatores adeo fuerint impudentes, necesse est, ut alienum laborem sibi arriperent genuinique auctoris gloriae insidiarentur, ac si nomen unum saepius recurrens aetati libri respondet, iure tibi credere licet, eo nomine verum auctorem

innui. Quod totum cadit in nostras collectiones. Nam doctrina, quae servata est in libris illis modo nomen Ammonii, modo Herennii Philonis, modo Simeonis modo Ptolemaei Ascalonitae, modo nullum nomen iactantibus, tanta veri specie, quantam homines philologi assequi possunt, ad aetatem, quae inter Heraclidem vel Ptolemaeum Ascalonitam et Herodianum interest, referri potest. Iam adi M. Baegium de Ptolemaeo Ascalonita disputantem, vide, quam firmis ille argumentis Ptolemaeum initio primi p. C. saeculi vixisse Heraclidemque paulo iuniorem fuisse demonstret, adi porro Suidam, qui Herodianum Herennio Philone iuniorem esse affirmat idemque de ipso Herennio haec tradit: „*Φίλων Βύβλιος. γραμματικός. οὗτος γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἐγγὺς Νέρωνος καὶ παρ. ἐτεινεν εἰς μακρόν* etc. *Περὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανοῦ, ἐφ' οὗ καὶ ἦν ὁ Φίλων* etc. neque iam dubitabis, mecum Herennium Philonem eum habere, qui opus illud saeculi primi secundive condiderit. Neve eo offendaris, quod epitome, quam Valck. post Ammonium publici iuris fecit, Herennii Philonis nomen iactans, fere omnium tenuissima est. (Id enim monendum est, quoniam id iudicium virorum doctorum impedivisse videtur.) Nam si duae epitomae, quarum una alteri nihil debet sed et una et altera idem opus secuta est, duo diversa nomina profitentur, maius volumen nihil valet ad quaestionem, utrum nomen iure positum sit, decernendam. Praeterea autem ne obliviscendum quidem, Eustathio certe distinctiones illas, quae Herennii nomen profitentur, epitomen Ammoniana haud minorem suppeditasse, illamque Eranii epitomen ipsam ex alia epitome longe uberiore sublectam esse. (Hoc ita esse infra demonstrabitur.) Quae cum ita sint, persuade tibi, librum illum, quem nonnulli codices Ammonio tribuunt,

in numero epitomarum fundamento operis Herenniani nitentium habendum esse. Quodsi nomen Ammonii iusta cum causa positum est, hoc fortasse nomen fuit epitomatori, suspiceris illius, qui opus Herennianum secundum literarum ordinem adornavit. Quis ille Ammonius fuerit, quando vixerit, nihil ad me, sed unum profero locum, qui demonstrat Ammonium quendam arti synonymicae operam dedisse, ut eundem Ammonium operi Herenniano studium navavisse credere liceat. Zonar. 350, 4 (ed. Tittm.) *αὖτις. πάλιν. αὖθις δὲ διὰ τοῦ ϑ σημαίνει τὸ ὕστερον, ὡς ὁ Ἀμμώνιος ἐν τῷ περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων τοῦ πολιτικοῦ λόγου τοῦ Πλάτωνος διαλαμβάνει·* Hic locus casu mihi obtigit, nam in Indice, qui apud Tittmannum Zonaram sequitur, omissus est. Alium, quo Ammonii synonymici scriptoris mentio fiat, locum, partim grammaticos et lexicographos, partim indices percurrens inveni nullum. Itaque ego, qui totam mentem ad primum illum auctorem applicavi neque de epitomatoribus curo, Ammonium missum facio, quoniam de eo certi quid statui posse despero. Ac ne de Simeone quidem, nisi quod opus sub eius nomine traditum epitome operis Herenniani est, me, quid amplius dicam, scire profiteor. Neque meam ignorantiam mihi vitio datum iri puto, deliberans L. Allatium, qui in Diatribe sua id sibi proposuit, ut omnes Simeones enumeraret, de Simeone synonymorum scriptore nihil compertum habere. Transeo igitur ad Ptolemaeum Ascalonitam. Iam vero cum hucusque nihil mihi proposuerim nisi ut Herennium genuinum esse auctorem demonstrarem, cetera et in eo nitentur, ut haec novis argumentis firmentur, et viam aperient, quam persequantur necesse est, qui et Ammonio et ceteris rerum similium scriptoribus medelam affere cupiant.

III. De Ptolemaei schedis Fabricianis.

Fabricius (Bibl. Gr. ed. Harless VI, 157) collectionem quandam synonymicam edidit, de qua haec adnotat: „Suidas Ptolemaei Ascalonitae mentionem facit his verbis: *Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης γραμματικός, ὃς ἐπαίδευσεν ἐν Ῥώμῃ. ἔγραφε προσῳδίαν Ὁμηρικὴν, περὶ Ἑλληνισμοῦ ἤτοι ὀρθοεπίας, βιβλία ιε'. περὶ μέτρων. περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως, περὶ διαφορᾶς λέξεων, καὶ ἕτερα γραμματικά.* Hoc *περὶ διαφορᾶς λέξεων* scriptum Suidae memoratum, sive fragmenta eius nactus sum e bibliotheca Gudiana" etc. Has schedas Fabricianas Ptolemaei nomen fraudulente mentiri plures homines docti sibi demonstrare visi sunt. Valck. Praef. XXXI „Suidae sine ulla formidine me obiicio, qui Ptolemaeum Ascalonitam scripsisse tradidit *περὶ διαφορᾶς λέξεων* recentioris magistri fraude deceptus. Quae sub Ptolemaei Ascalonitae nomine vulgavit Fabricius B. G. l. IV c. 33 § 5. certissima praeferunt recentioris aevi vestigia. Ammonius, accuratae diligentiae studiosus, nuspiam non solum istius Ptolemaei libri meminit, sed et differentias, quae istic leguntur, ex Ptolemaei prosodia Homerica enotavit. Quare de ista opella et de Herennii sive Eranii, quas vulgamus, schedis idem censeo. Uterque Ammonium, vulgo forsan minus cognitum, in usum puerorum descripsit, et veterum grammaticorum nominibus suas quisque merces com-

mendare voluit.“ Itane temere de librorum auctoribus statuere cuiquam licuerit? Suidae testimonium nullo verbo redarguitur, argumentum fraudis inde petitur, quod de *σταφυλή* Ptolemaeum in libro prosodico egisse Ammonius testatur, cum hic appareat, eum in libro de differentia verborum scripto eandem rem tractasse, quasi scriptorem duobus libris idem agere vetitum sit. Paulo accuratius rem tractavit Wiehius De vestig. et reliqu. synon. artis Graec. Hauniae 1856 p. 83 sqq. Tamen non multum profecit, nam maxime eum movit, quod schedae Ptolemaeeae minus sunt copiosae quam epitome sub Ammonii nomine tradita. „Primum igitur, quod Ammonii liber DXX fere observationes continet, Pseudo-Ptolemaei non nisi CCXIII, iam inde suspicari licet, hunc illum, non illum hunc compilasse.“ Cetera, quae profert, haud maioris sunt momenti. Longe Valckenaerio et Wiehio melius de schedis illis Fabricianis disputavit M. Baegius (De Ptol. Ascalon. Halae 1882) p. 16 sqq. Is certe quaedam attulit, quae usui sunt. Neque tamen omnes eius causas hic repetam, ut, quae mihi arrideant, comprobare, quae nimis dubia mihi videantur, refellere coner. Nam id quod nescio an maximum sit hac in quaestione, is non magis quam Valck. aut Wieh. vidit. Qui hanc synonymorum copiam congessit, dedita opera id egit, liber suus ut videretur *ἄτακτον* lexicon esse, sed ex ungue leonem, neque enim satis caute celavit, se vestigia collectionis synonymicae ad literarum ordinem adstrictae sequi. Nam vide singularum vocum primas literas. §§ 7—25 *Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α. Α.Β.Δ.Ε.* 26—32 *Α. Ε. Θ.Ι. Λ.Λ.Μ.* 33—36. *Α. Ε. Ο. Σ.* 37—39 *Ο. Τ. Χ.* 40—42 *Ε. Ε. Ε.* 43—49 *Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Ο. Τ.* etc. etc. Sed eorum causa, qui difficilius adducuntur, ut credant, has etiam series addo. 114—129 *Α. Α. Α. Α. Β. Γ. Δ. Δ. Δ. Δ. Ο. Ο.*

Π. Π. Π. Ρ. 148—169. *Κ. Κ. Κ. Κ. Κ. Κ. Κ. Κ. Κ. Κ. Κ. Κ. Λ. Λ. Λ. Μ. Μ. Μ. Μ. Ν. Ν. Ο.* 197—212 *Ν. Ξ. Ο. Ο. Ο. Ο. Ο. Π. Π. Π. Ρ. Ρ. Σ. Τ. Τ. Τ.* Lexicon ἄτακτον nullo modo talem speciem habere posse, adeo est in propatulo, ut confidentissime, has schedas Fabricianas ex alia secundum literarum ordinem disposita collectione haustas esse contendam. Quem admodum Ptolemaei nomen huc irrepserit, utrum casu, an magistelli fraude, an alio modo quovis hoc factum sit, non multum ego curo; sed si usquam certe hic fraudis manifestum vestigium extare videtur, quae enim causa excogitari potest alia, qua commotus quispiam ordinem literarum, usui et commoditati legentium aptissimum perturbaverit? Itaque cum Valckenaerio, Wiehio, Baegio schedis Fabricianis nihil rei esse cum Ptolemaeo Ascalonita iudico et homuncionem posterioris aetatis, Ptolemaei nomen dolose mentitum esse veri simillimum habeo. Neque tamen, ut Valck. vult, Suidae fides abiudicanda est, quasi ille hoc vel simili opusculo spurio deceptus Ptolemaeo librum περὶ διαφορᾶς λέξεων tribuerit. Nam etiamsi huic Valckenaerii sententiae assentireris, tamen aliud restaret Suidae testimonium, docens, Ptolemaeum ab arte synonymica haud alienum fuisse. Commemorat enim Suidas librum περὶ Ἑλληνισμοῦ ἤτοι ὀρθοεπείας a Ptolemaeo conscriptum, in quo libro, si de operibus talis conditionis recte iudicant viri docti, saepius verborum differentias explicatas esse credamus necesse est. Quid, si liber περὶ διαφορᾶς λέξεως pro parte operis περὶ Ἑλληνισμοῦ habeatur? Neque enim priscos illos grammaticos specialibus libris artem synonymicam tractasse suspiceris; ut forsitan ipse Herennius noster in libris Χρηστομαθείας (in Etymologicis, Magno, et Gudiano, commemoratis) distinctiones suas proposuerit. Sed coniecturare, ubi densae tenebrae occurrunt, neque

difficile neque utile est. Habeat igitur Suidas sua sibi, nam nostris schedis certe cum Ptolemaeo nihil est rei.

Nunc quid de similitudine Ptolemaei et Ammonii statuendum sit, exponam. Longe plurimae quas habet Pseudo-Ptolemaeus distinctiones ab epitome Ammoniana haud magis differunt, quam fere varii codices unius eiusdemque operis in diversum abire solent. Sed satis multa vestigia extant alius libri epitomae Ammonianae simillimi, nonnullis autem locis maiore copia praediti, nonnunquam etiam minus corrupti. Quaedam Pseudo-Ptolemaei distinctiones in epitome Ammoniana omnino desiderantur. § 12 *ἀμφί* et *ἀμφίς*; § 18 *ἀπαρύσκευον* et *ἀπαρασκεύαστον*; § 93 *ἡσυχάζειν σιγᾶν*. Has easdem distinctiones invenies Eran. Ph. 161; 157; 168. Ideo neque ipsum epitomatorem sub Ptolemaei nomine latentem eas distinctiones invenisse neque eas aliunde petitas esse credere fas est. Porro Ammonio deest, quid differant inter se *οὐδέποτε* et *οὐδεπώποτε* Ptol. 35. Ne hanc quidem differentiam ab epitomatore profectam esse, sed in libro Ammoniano vel casu, vel arbitrio eius, qui doctrinam Herennianam ad hanc libri Ammoniani formam adegit, intercidisse demonstrat Thom. Mag. 259, 16. Differentiae vocum *ἱππεῖς* et *ἱππέας*, Ptol. § 143, nullum in ceteris epitomis inveni vestigium, sed certe etiam haec extitit in libro, ex quo nostrae schedae sublectae sunt, nec minus huic libro tribuenda sunt, quae § 45 et § 80 Pseudo-Pt. plura habet Ammonio. Amm. 43 *Διφθέρα καὶ Μηλωτὴ διαφέρει. Διφθέρα μὲν γάρ, αἰγῶν· Μηλωτὴ δὲ προβάτων.* Ptol. § 45. Eadem, tum *νάκος, αἰγὸς δέρμα, κῶας δὲ προβάτων.* Amm. 48 *Ἕλκος Ὠτειλῆς διαφέρει. Ἕλκος μὲν γάρ ἐστι χρόνιον πάθος μόνον, ἐκ σιδήρου γενόμενον· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐξ αὐτομάτου. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ διελκύσθαι τὴν σάρκα. Ὠτειλὴ δ' ἔστιν ἡ ἐκ τοῦ*

σύνεγγυς ὑπὸ σιδήρου πληγή.' Ptol. § 80 Eadem, tum τραῦμα δὲ ἡ ὑπὸ σιδήρου τρῶσις γινομένη· πληγὴ δὲ ἡ ἐκ χειρὸς πλῆξις. Hic praeter propositum ordinem locum E. G. subiungam, ne Ptolemaei extrema Ammonianis contradicere putes. E. G. 182, 31 Ἕλκος, ἐκ τοῦ ἕλκω, ὠτειλή, τραῦμα, πληγὴ διαφέρει. — — — τραῦμα δὲ τρῶσις σαρκὸς ὑπὸ σιδήρου γινόμενον ἐφ' ὑγιείας σώματος, πληγὴ δὲ ἡ ἐκ χειρὸς πλῆξις. Maiore spatio ab Ammonio distat Ptol. § 145 Ἰταλιῶται μὲν λέγονται Ἕλληνες οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, Ἰταλοὶ δὲ βάρβαροι· καὶ ὁμοίως Σικελοὶ μὲν βάρβαροι οἱ ἐν Σικελίᾳ, Σικελιῶται δὲ Ἕλληνες οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ. Aliis verbis idem dicit Amm. 77. Ἰταλοὶ καὶ Ἰταλιῶται διαφέρουσιν. Ἰταλοὶ μὲν γάρ, οἱ ἀρχῆθεν τὴν χώραν οἰκοῦντες. Ἰταλιῶται δέ, ὁπόσοι τῶν Ἑλλήνων ἐπῴκησαν μετὰ ταῦτα· τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν Σικελιωτῶν· 128 Σικελὸς καὶ Σικελιώτης διαφέρει. Σικελὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς Σικελίας ὤν· Σικελιώτης δέ, ὁ Σικελὸς μὲν ὤν, τὴν δὲ χώραν αὐτὴν οἰκῶν. Sed magistellus, qui collectionem Ammonianam adornavit, suo arbitrio a genuinis verbis deflexit, nam Eust. 1896, 50 testatur Aelium Dionysium iisdem verbis illas voces distinxisse, quibus Ptolemaeum usum esse videmus. Quibusdam locis ipse Valck. pro editionibus Ammonianis Ptolemaeum secutus est, ut in voce ἱερεῖον Amm. p. 73. Ptol. § 140; κόρυδος Amm. 84. v. Animadvers. 129. Ptol. § 156; quaedam commemorata invenies, ubi de Eranii Philonis epitome disputabitur. Cetera — et restant hercle quaedam memoria digna — nunc omitto. Iam enim apparet, epitomatorem illum, qui Ptolemaei nomen sibi assumpsit, non quidem eo, quem Valck. edidit, libro Ammoniano, sed admodum eius simili collectione synonymica usum esse. Ea autem collectio, non puto semper, sed nonnunquam pleniore et antiquiore doctrina instructa erat, quam quem habemus Ammonius,

ut, siquidem hac in re novis argumentis opus sit, opinioni, qua Ammonium non genuinum librum habendum esse, sed ab antiquo Herennii opere profectum per varias mutationes unius vel complurium epitomatorum paullatim ad hodiernam formam redactum esse posui, haud leve addatur firmamentum.

IV. De schedis synonymicis a Bachmanno editis.

In Bachmanni Anecdotis Vol. II Epim. II p. 357 sqq. indigesta variarum et ad plane inter se diversas res pertinentium observationum farrago ita composita est, ut vix, quid sibi voluerit auctor, dici possit. Ibi p. 375 inde a lin. 26 usque ad p. 381 l. 16 ordine alphabetico tractantur voces significatione affines, quae omnes cum Ammonio tam bene congruunt, ut compilator ille Ammonium perlegens eodem, quem hic secutus est, ordine, quaedam in farraginem suam transscripsisse putandus sit. Accuratior comparatio docet, omnes huius epitomae distinctiones haustas esse ex codice eiusdem collectionis synonymicae, quam a Valckenaerio editam habemus, sed certe ex alio codice ac quem editio Aldina et Valckenaeriana secuta est. Id unum mirabile videtur, literas *λ*—*ο* a compilatore prorsus omissas esse, quod quo casu evenerit, ego dicere non ausus sim. Nihil praeterea monendum, nisi forte, id quod per se intellegitur, nonnunquam hic paulo meliorem lectionem extare quam in Ammonio. Colloco singulos locos Bachmannianos cum paribus Ammoniani libri.

375,26 *ἀβέβηλον* Amm. 1; 29 *ἄγριος* Amm. 3; 31 *ἀγνοῶ* Amm. 3; 33 *ἀγόραιος* Amm. 4; 35 *ἀλοᾶν* Amm. 10; 376, 4 *ἄλλος* Amm. 11; 7 *ἀμυγδαλῆ* Amm. 12; 10 *ἀμφότεροι* Amm. 14; 13 *ἁμαρτάνειν* Amm. 15; 15 *ἀμητός* Amm. 15; 18 *ἀποστασίον* Amm. 19; 21 *ἀποκήρυκτος*

Amm. 19; 25 ἁρπαγή Amm. 22; 29 ἀράχνης Amm. 24; 31 ὀρρωδῶ Amm. 25; 34 αὖθις Amm. 27; 377, 1 βάραθρος Amm. 29; 3 βιῶναι Amm. 30; 5 βρύειν Amm. 32; 8 γενέθλιος Amm. 34; 10 διεφθορός Amm. 41; ἐγγυᾶν Amm. 46; 23 ἐκμαρτυρία Amm. 48; 26 ἐπικηρύξαι Amm. 56; 30 ἐπίτιμος Amm. 56; 33 ἔρως Amm. 59; 35 ἑστιάτωρ Amm. 60; 378, 1 ἑτερόφθαλμος Amm. 60; 3 εὖ Amm. 63; 6 ζυγός Amm. 65; 8 ζώνη Amm. 65; 9 ἦσθα Amm. 66; 11 ἶπες Amm. 74; 15 καταχύματα Amm. 78; 18 κάλλαια Amm. 80; 20 κέδρος Amm. 81; 23 ὑποκηρύξαι Amm. 81; 28 κίθαρις Amm. 82; 35 κλῆσις Amm. 82; 379, 1 κλύσαι Amm. 83; 4 κόρδαξ Amm. 83; 8 κόρυδος Amm. 84; 11 κόνις Amm. 84; 13 κύπτω Amm. 85; — — — 17 πηδάλιον Amm. 112; 19 πλῆμαι Amm. 114; 21 πολύτιμος Amm. 118; 23 πρόξενος Amm. 118; 26 πρεσβεύεσθαι Amm. 120; 31 ῥάφανος Amm. 122; 33 ῥοιά Amm. 123; 34 ῥόδον Amm. 123; 380, 3 σταθῆναι Amm. 123; 7 σταφύλη Amm. 124; 9 Σικελός Amm. 128; 12 ἐπιμαχεῖν Amm. 131; 18 σύνεργος Amm. 131; 20 στύραξ Amm. 133; 22 τείχη Amm. 135; 24 τίθη Amm. 135; 28 τίθησι Amm. 136; 30 τροχοί Amm. 137; 31 φαρμακεύς Amm. 142; 33 φεύγει Amm. 142; 381, 1 φράσον Amm. 144; 4 φριμάττεσθαι Amm. 144; 7 χιτωνίσκος Amm. 148; 9 χολάδες Amm. 148; 13 χρήστας Amm. 149; 15 ψάλλιον Amm. 149. — —

Restat, ut nonnullis exemplis illustribus demonstretur, quanto successu vel haec tenuis epitome ad Ammonium corrigendum adhibeatur. Amm. 63 *Εὖ τοῦ καλῶς διαφέρει. Εὖ μέν, τὸ ὀρθῶς σημαίνει· Καλῶς δέ, τὸ χρήσιμον, συνηρημένως· τὸ οὖν Εὖ καὶ καλῶς σημαίνει ὀρθῶς καὶ χρησίμως.* „Pro *συνηρημένως* in Amm. prima Ed. legebatur *συνηρημένον·* in secunda *συνηρημένων.*“ Haec adnotat Valck., falso autem locum correxit, nam Bachm.

II, 378, 3 ita et recte: *Εὖ, ἀντὶ τοῦ ὀρθῶς· καὶ [καλῶς] ἀντὶ τοῦ χρησίμως· συνηρημένον οὖν τὸ εὖ καὶ καλῶς, λέγει τὸ ὀρθῶς καὶ χρησίμως.* 379, 8 *κόρυδος. . . ἐν ᾗ Σωτείρας Κούρης ἱερόν.* v. Pt. A. § 106. Haec lectio ex Ptolemaeo a Valckenaerio in textum recepta est Amm. 84. Amm. 123 *Σταθῆναι καὶ Στῆναι διαφέρει. . . . . . . ἐστάθη ἡ νόσος· ἔστη δ' ὁ ἄνθρωπος δι' αὐτοῦ.* Ultima corrupta sunt. Nam Bachm. II, 380, 3 haec meliora: *Σταθῆναι. . . . . . ἔστη δ' ὁ ἄνθρωπος ὑγιὴς δι' αὐτοῦ· ἐστάθη δὲ ὁ νοσῶν δι' ἑτέρου.* Amm. 131 *Συμμαχεῖν καὶ Ἐπιμαχεῖν διαφέρει· Συμμαχεῖν μὲν γὰρ λέγουσι τὸ σὺν ἑαυτοῖς, φησὶ Δίδυμος, εἶτ' αὐτοῖς ἐπίοιεν πολέμιοι, εἴθ' ἕτεροι ἐπιστρατεύοιεν·* etc. Adnotat Valck: „Mihi quidem haec minus videntur expedita.“ Bachm. II, 380, 12 *Ἐπιμαχεῖν. . . . . . συμμαχεῖν δὲ τὸ τοὺς ἐπιόντας μετ' ἐκείνων, οἷς συμμαχοῦσι, ἀμύνεσθαι* etc. Amm. 142 *Φαρμακεύς. Φαρμακὸς δὲ ὀξυτόνως, ὁ ἐπὶ καθάρσει τῆς πόλεως ῥιπτόμενος.* Valck. adnotat: „In prima Edit. vocabulum *φαυμακεὺς* adhaesit praecedenti adnotationi, quacum reliqua etiam *Φαρμακὸς δέ κ. τ. λ.* sequentibus in Edd. male coaluerant. Quae, etsi hac in Edit. a priori nota divulsa, sine scriptorum Codd. auxilio persanari non potuerunt. Quid si tamen, quae perierunt, hac ratione reprehenderemus? *Φάρμακος προπαροξυτόνως ὄνομα κύριον· Φαρμακὸς δὲ ὀξυτόνως ὁ ἐπὶ καθάρσει τ. π. ῥ.*“ Sed Valckenaerii falsa coniectura et tota adnotatione facile caremus, si inspicimus Bachm. 380, 31 *Φαρμακεὺς ὁ μάγος. φαρμακὸς δὲ ὁ τὸ δηλητήριον διδούς.*

V. De Eranii Philonis libello.

Post Ammonium admodum tenuem collectionem synonymorum in lucem edidit Valck. Praefixus est titulus: *Ἐρανίου Φίλωνος περὶ διαφορᾶς σημασίας κατ' ἀλφάβητον.* Valck. nimis praefracte haec in fronte libelli ponit: „Quae autem nos ad fidem libri Voss. vulgamus, ex maiori opere videntur excerpta, neque ea hercle tanti, ut typis describi mererentur, si non Eranii Philonis nomen ostentarent. Libelli scriptor infimi aevi fuisse videtur Grammaticus, qui dum vetustissimi Herennii Philonis personam suscipit, passim et in ipso limine fraudem prodit, ubi pro *Ἐρεννίου* nomine, mendosam librorum lectionem secutus, posuit *Ἐρανίου.*" Noli neglegere Praef. p. XXXII „Quare de ista opella (scil. Ptol. Asc.) et de Herennii sive Eranii, quas vulgamus, schedis idem censeo. Uterque Ammonium, vulgo forsan minus cognitum, in usum puerorum descripsit, et veterum grammaticorum nominibus suas quisque merces commendare voluit." Tria igitur sunt, quae Valck. ponit, primum Eranii epitomen ex opere maiore esse sublectam, tum nomen Eranii iniuria epitomae esse praefixum, denique librum Ammonianum pro fonte epitomae esse habendum. Atque illud quidem Valck. recte animadvertit, auctorem nostri libelli non suo ingenio usum esse, sed ex uberiore opere frustula sua tenuia sublegisse. Id ut credatur, suadet ipsa libelli tenuitas, nam doctrina, quae alibi magis copiosa extat, hic admodum attenuata invenitur. suadet testimonium maioris operis relictum sollemne illud *Ἀρχὴ τοῦ Α*, *Ἀρχὴ τοῦ Β*, etc., nam persaepe nunc unus duove articuli grandiloquum initium sequuntur, suadet ultimarum literarum condicio, nam cum literae *Α* diligen-

ter exaratae triginta quinque subiuncti sint articuli, ceterae literae omnes in unum collatae septuaginta tantum et duos exhibent. Eranii nomen fraude positum esse censet Valck., nam „pro *'Ερεννίου* nomine, mendosam librorum lectionem secutus, posuit *'Ερανίου*." Me non satis intellegere, quo hoc spectet, sine ulla haesitatione profiteor; neque tamen Valckenaerium liberum abire patiar, nam eum hic temere iudicasse, ex ipsius verbis quamvis obscuris apparet. Duplex enim ratio cogitari potest qua Valck. censuerit. Aut scriptorem huius epitomae ex collectione synonymica ab Ammonio ceterum non diversa, sed Eranii nomen prae se ferente, sua petiisse eiusque collectionis falso positum titulum stulte transscripsisse; aut epitomatorem in collectione sua Ammonii nomen invenisse, hoc reiecisse, Eranii nomen aliunde petitum fraudulente labori suo praefixisse, Valck. censet. Tertium excogitare nequeo. Alterum si ponitur, epitomatorem nomen Eranii ex collectione, cui sua debet, transscripsisse, duas habemus collectiones synonymicas, Ammonianae, quantum pertinet ad doctrinae ubertatem, haud dissimiles Herennii nomine insignitas, hanc quam Eranius sequitur, et eam, cuius vestigia servat Eustathius, ut vix quisquam Valckenaerio utramque Herennio eripienti assentiatur. Sin alterum ponitur, nomen Eranii demum ab ipso scriptore harum schedarum fraudulente fictum esse, non satis possum mirari, quo casu stultus noster magistellus in id ipsum nomen inciderit, quod solum omnium harum collectionum aetati respondet, neque video, quomodo hic miserrimus homuncio, qui tam tenuia ex plurimis sibi assumpsit 'adeoque pigritia scatuit, ut post peractam literam *Α* operis eum taederet neque iam ceteris literis in unum collectis plures insereret articulos, quam duplicem numerum eorum, quos

A habet, quomodo igitur hic homuncio suum libellum hominibus fucum facturum esse sperare potuerit. Itaque vereor, ne umbra illius ficti Ammonii, quae Valckenaerium, quocunque procedit, fida comes prosequitur, oculis ingeniosi hominis etiam hic caliginem offuderit, ut rectum videre non potuerit. Necesse est, propius ad rem accedam; ac quoniam accurata comparatione Eranii Ammoniique opus erit, primo loco eos Eranii articulos pono, qui ita comparati sunt, ut ex Ammonio sumpti esse videri possint. E. 156 *Ἀποκήρυκτος.* A. 19; E. 158 *Ἄγειν* A. 2; E. 158 *Αὖθις* A. 27; E. 158 *Ἀρρωδεῖν* A. 25; E. 159 *Ἀμύνεσθαι* A. 15; E. 159 *Ἀτελές* A. 27; E. 159 *Αἰτῶ* A. 5; E. 160 *Ἄμητος* A. 15; E. 160 *Ἀντικρυς* A. 17; E. 161 *Ἁρπαγή* A. 22; E. 161 *Ἀσφοδελός* A. 26; E. 162 *Ἅμα* A. 13; E. 162 *Ἄρτι* A. 23; E. 163 *Αἴθε* A. 8; E. 163 *Βασιλεύς* A. 28; E. 164 *Βλέφαρα* A. 34; E. 164 *Γαμήλιος* A. 24; E. 165 *Γέρων* A. 35; E. 165 *Διαβόητος* A. 42; E. 166 *Διπλοῦν* A 42; E. 166 *Ἔνδοξος* A. 53; E. 166 *Ἔκγονος* A. 47; E. 166 *Εἰκότα* A. 54; E. 166 *Ἐχθρός* A. 64; E. 167 *Ἐρωτᾶν* A. 57; E. 167 *Ἐρώτησις* A. 58; E. 167 *Ἔσται* A. 60; E. 167 *Ἐρᾶν* A. 59; E. 167 *Εὔμορφος* A. 61; E. 167 *Ἔνδον* A. 50; E. 168 *Ἐνταυθοῖ* A. 51; E. 168 *Ἐξ ὅσου* A. 53; E. 168 *Ἠγγύα* A. 46; E. 168 *Ζώνη* A. 65; E. 168 *Ζῆλος* A. 64; E. 168 *Ἡμέρα* A. 66; E. 169 *Ἤ* A. 67; E. 169 *Θεωρός* A. 68; E. 169 *Θής* A. 71; E. 169 *Ἱκέσθαι* A. 73; E. 157 *Ἀπεκήρυξε* A. 81; E. 169 *Κύριος* A. 86; E. 170 *Κωφός* A. 86; E. 170 *Λέχος* A. 88; E. 170 *Μάχη* A. 91; E. 171 *Νῦν* A. 99; E. 171 *Οὗτος* A. 106; E. 171 *Οὐδέν* A. 105; E. 171 *Ὀλίγον* A. 103; E. 172 *Οὕνεκα* A. 106; E. 172 *Ὅτι* A. 105; E. 172 *Οἴκαδε* A. 102; E. 172 *Πρεσβεύειν* A. 118; E. 172 *Πλούσιος.* A. 113; E. 172 *Πένης* A. 111; E. 172 *Πολεμικός* A. 114; E. 173 *Ῥέφα-*

νον A. 122; E. 173 Ῥεῖθρον A. 122; E. 173 Σημεῖον (καὶ Τεκμ.) A. 127; E. 173 Τήθη A. 135; E. 173 Τοὔνεκα A. 136; E. 174 Ὑποψία A. 139; E. 174 Ὑπόσχεσις A. 139. In his sexaginta tribus articulis cum nihil inveniatur, quod non ad collectionem Ammonianam a Valckenaerio editam referri possit, satis multa tamen non modo ad alium huius collectionis Ammonianae codicem, sed omnino ad aliam collectionem synonymicam, ut Ammonianae similem, ita saepe magis copiosam, saepe meliore et antiquiore doctrina instructam spectant. Frustra in Ammonio quaeres, cum Herennius vel Eranius ea exhibeat, has quindecim distinctiones synonymicas: Eran. 156 Ἀστρολογία, Ἀστρονομία; Ἀνήρ, Ἄνθρωπος; 157 Ἀπαράσκευος, Ἀπαρασκεύαστος; 159 Ἀπόνοια Ἄνοια; 160 Ἀπολείπει Ἐκβάλλει; 161 Ἀμφί Ἀμφίς; 164 Βοῦς Μόσχος; Γαμήλια Γαμηλία; 166 Ἕρκος Ἑρκίον; 168 Ἡσυχάζειν Σιγᾶν; 170 Μηρία Μηρός; 171 Μνᾶται Μνηστεύεται; 172 Πάγετος Παγετός; 173 Τύραννοι Βασιλεῖς; 174 Φλαῦρον Φαῦλον. Has distinctiones synonymicas haudquaquam a scriptore fraudulento, ut quaedam propria habere videretur, inventas esse; neque ex aliis collectionibus, quibus nihil rei est cum Ammoniana dolose appictas esse; sed certe in illa collectione synonymorum, quam noster epitomator sequitur, extitisse, easdemque, ab Ammonio, quem nos habemus, alienas, in libro, quem Ammonius pro fonte habuit, haud defuisse, nisi omnia indicia fallunt, inde apparet, quod quaedam earum distinctionum in libellis, quorum tota doctrina multo artius quam Eranius noster, cum libro Ammoniano cohaeret, etiamnunc inveniuntur. Sic in schedis Fabricianis Ptolemaei nomen prae se ferentibus explicatur, quid differant inter se ἀμφί et ἀμφίς (§ 12), ἀπαράσκευον et ἀπαρασκεύαστον (§ 18) ἡσυχάζειν et σιγᾶν (§ 83), sic Thom. M.

distinguit *ἀπολείπει* ab *ἐκβάλλει*, *μνᾶται* a *μνηστεύεται*, *φαῦλον* a *φλαῦρον* (cf. ed. Ritsch. pp. 29, 13; 241, 11; 376, 1.) Qua de causa non dubito, quin ex Ammonii, quem nunc habemus, libro, fere omnia, quae Eranius propria habet, vel iniuria temporum interciderint, vel licentia eorum, qui prioris aetatis opus synonymicum descripserunt aut in aliam formam redegerunt, omissa sint. Et hercle mirum in modum fortuna benigne nobis consuluit, qua favente factum est, ut ipse Ammonius testaretur, opus illud prius, cui collectio Ammoniana omnia sua debet, illas Eranii proprias differentias exhibuisse. Nam ut differentiam vocum *ἡσυχάζειν* et *σιγᾶν* in Ammonio desideres, eius differentiae manifestum vestigium vides Amm. p. 68 *Ἡσυχία ὁτὲ μὲν σιωπὴν σημαίνει, ὁτὲ δὲ τὴν ἐπιείκειαν, ὁπότε φαμὲν, ἐν πολλῇ διάγειν ἡσυχίᾳ*, ubi cum distinctio nulla extet, eam intercidisse tibi persuade. Similem suspicionem movet, quod Ammonius de vocibus *τύραννοι* et *βασιλεῖς*, quarum differentiam Eranius explicat, nullo loco ita agit, ut earum differentiam statuat, sed vestigium distinctionis omissae habes p. 138 *Τύραννον οἱ ἀρχαῖοι ἐπὶ βασιλέως ἔτασσον*. Ad Eranii differentiam vocum *ἀστρολογία* et *ἀστρονομία* v. Amm. 26 *ἀστὴρ* et *ἄστρον*; vocum *βοῦς* et *μόσχος* Amm. 39 *δαμάλης δάμαλις μόσχος*; vocum *γαμήλια* et *γαμηλία* Amm. 34 *γαμήλιος ἐπιθαλάμιος*. Restant undetriginta articuli, qui, etsi ne in iis quidem quaedam similitudo deest, tamen in universum ita sunt comparati, ut aut in epitome Eranii aut in libro Ammoniano a librariis epitomatoribusve genuinam lectionem immutatam esse putandum sit. Quos articulos priusquam enumerem, ne nimis doctrinam libri, quem Eranius sequitur, contemnas, licet ipsius epitomen misere corruptam et a stultissimo magistello conscriptam quam maxime respuas,

non minus autem, ne Valckenaerio partim inopia aptorum subsidiorum partim sua temeritate erranti nimium tribuas, illustribus quibusdam exemplis cavebo. Amm. 71 *Θής, Λάτρις, Ἀμφίπολος, Ἄτμενος διαφέρουσι· Θὴς μὲν γάρ, ὁ ἐπὶ μισθῷ δουλεύων· θῆτές τε δμῶές τε. Λάτρις δέ, ὁ κατὰ πολεμικὴν περίστασιν ἁλοὺς καὶ ἐπὶ δουλείαν προσαχθείς. Ἀμφίπολος δέ, κοινὸν ὄνομα ἄρρενος καὶ θηλείας δούλης. Ἄτμενος δέ, οὐ μόνον ὁ δοῦλος, ἀλλὰ καὶ ὁ ὑποτεταγμένος ἐλεύθερος.* Eran. 169. *Θής, Λάτρις καὶ Ἀμφίπολος. Θὴς μὲν γὰρ ὁ μισθωτός· Λάτρις δέ, ὁ κατὰ πολεμικὴν περίστασιν ἁλοὺς καὶ δουλεύων· Ἀμφίπολος δὲ ἐπὶ θηλείας ἡ ταῖς α. . . . . ὑποτεταγμένη.* Valck. haec adnotat: *Ἡ ταῖς α. . . .*] Lacuna ex Ammonio suppleri non potest, cui *Ἀμφίπολος* dicitur *κοινὸν ὄνομα ἄρρενος καὶ θηλείας δούλης.*" Certe lacuna ex Ammonio suppleri potest, et ita, ut Eranium sub *Ἀμφίπολος* voce eadem exhibuisse putemus, quae nunc Ammonius exhibet, illudque „. . . *ὑποτεταγμένη*" de explicatione vocis *Ἄτμενος* relictum esse, quam Ammonius ita interpretatur „*ὑποτεταγμένος ἐλεύθερος.*" Neque est cur eo offendamur, quod in titulo huius distinctionis vox *ἄτμενος* deest; talia saepissime occurrunt in his synonymicae artis libris, praeterea autem — id quod omisso *διαφέρουσιν* indicatur — ipse titulus corruptus est. Vides, ad quantam temeritatem in Eranii rebus diiudicandis Valck., acerrimus vituperator Eranii, laudator Ammonii abreptus sit. Alio loco Valck. non recte iudicavit, quoniam idonea ei subsidia deerant. Eran. 169 *Ἰουδαῖοι καὶ Ἰδουμαῖοι διαφέρουσιν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οἱ ἐξ Ἰούδα τοῦ τετάρτου παιδὸς Ἰακὼβ κληθέντες· Ἰδουμαῖοι δὲ οἱ ἐξ Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ Ἰακώβ.* Amm. 73 prorsus diversa habet. Ideo adnotat Valck.: „*Ο' ἐξ Ἰούδα.*]

Quae scitule novit Eranius, Ammonio fuerunt, ut puto, inaudita.“ Certe si stultus magistellus „Ἰδουμαῖοι“ vocem cum voce Ἠσαῦ collocat, risum movet; sed vituperandus est scriptor huius epitomae, non doctrina, quam taeterrimis erroribus turpissimisque mendis obliteravit. Nam. v. Et. Gud. 280,41. Ibi primum ea quae Ammonius habet, inveniuntur, tum pergitur ἐκλήθησαν (οἱ Ἰουδαῖοι scil.) ἐξ Ἰούδα, τετάρτου παιδὸς Ἰσραήλ· οὗτοι δὲ ἐκ γένους εἰσὶν Ἀβραάμ, Ἰδουμαῖοι δέ, ἐκ τοῦ Ἠσαῦ ἀδελφοῦ Ιακὼβ, παιδὸς Ἰσαὰκ,' υἱοῦ Ἀβραάμ, ἀπόγονοι πεφυκότες ἐξ Ἐδώμ. Hoc igitur tenendum est, multas ineptias, quas schedae nostrae exhibent, libro illi synonymico, cui epitomator sua debet, haud vitio dandas esse, eundemque tamen, quamvis miseram speciem praebeat epitome, fortasse librum optimae notae fuisse. Et hercle nonnunquam mutationem vel depravationem ab Ammonio stare et in epitome Eranii antiquiorem doctrinam servatam esse apparet. Eran. 157 Ἀρνειοὶ καὶ Ἄρνες διαφέρουσιν. Ἀρνειοὶ μὲν γὰρ οἱ τέλειοι· Ἄρνες δέ, οἱ νέοι. Amm. 24 aliis verbis distinctionem explicat. Sed Eranii partes tuetur Aristoph. Byz. V. Miller Mél. de lit. gr. p. 430: πρόβατα: τούτων τὰ τέλεια, ὄις καὶ κριοὶ καὶ ἀρνειοί· τὰ δὲ νέα, ἄρνες καὶ ἀμνοί. Eran. 152 Ἰσθμὸς καὶ Πορθμὸς διαφέρουσι· Ἰσθμὸς γὰρ ἡ μέσον δύο θαλασσῶν γῆ· Πορθμὸς δέ, ἡ μέσον δύο γαιῶν θάλασσα. A. 76 Ἰσθμὸς καὶ Πορθμὸς διαφέρει. Ἰσθμὸς μὲν γάρ ἐστι γῆς στενῆς δίοδος ἑκατέρωθεν θαλάσσης περιερχομένης· Πορθμὸς δέ ἐστι στενὸς θαλάσσης πόρος, ἑκατέρωθεν ὑπὸ γῆς περιεχόμενος. In Photii Lexico (ed. Naber) II, 100 Ammonii, I, 298 Eranii verba inveniuntur, ut ante aetatem Photii utramque explicationem per libros vulgatam fuisse appareat. Nonnunquam Eran. cum Pseudo-Ptolemaeo contra Ammonium facit, ut etiam his in articulis collectionem Ammonianam a genuina lectione

aberrasse suspiceris. Amm. 3. *Ἀγροῖκος καὶ Ἄγροικος διαφέρει· προπερισπωμένως μέν, ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν· προπαροξυτόνως δέ, ὁ σκαιὸς τοὺς τρόπους.* Eran. 156 *Ἄγροικος βαρυτόνως, καὶ ἀγροῖκος προπερισπωμένως διαφέρει· Ἄγροικος μὲν γὰρ ὁ γνώσεως ἄμοιρος, ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν· Ἀγροῖκος δὲ προπερισπωμένως ὁ μὴ ἥμερος, ἴσος τῷ ἄγριος.* Pt. Asc. § 7 *Ἄγροικος βαρυτόνως, ὁ ἐν ἀγροῖς διατρίβων· Ἀγροῖκος δέ, προπερισπωμένως, ὁ μὴ ἥμερος.* Quomodo factum esse putas, ut Eran. et Ptol. in idem *μὴ ἥμερος* inciderint? Id unum cogitari nequit, aut Eranium a Ptolemaeo aut vice versa hunc ab illo mutuatum esse. Similiter res se habet nonnullis aliis locis: Eran. 160, Amm. 5 de *Αἰδώς* et *Αἰσχύνη* iisdem fere verbis agunt, sed in collectione Ammoniana scriptum est, *σεβομένως*, Eran. habet *σεβασμίως*. Ptol. § 84 cum Eranio facit. Amm. 9, Eran. 161 agunt de *Ἀκταί* et *Θῖνες*, ceterum similiter, sed Amm. *Θῖνες δέ, οἱ ἀμμώδεις* (scil. *τόποι*) Eran. *Θῖνες δέ, οἱ αἰγιαλοί*, uterque parum recte, Pt. A. § 14 *Ἀμμώδεις αἰγιαλοί.* Amm. 15 distinguit *ἀνδραγάθημα* ab *ἀνδρεία;* Eran. 162 et Pt. A. § 19 docent, quid differant inter se *ἀνδραγαθία* et *ἀνδρεία.* Eran. 156 de *Ἀράχνη* et *Ἀράχνης* agit, Amm. 24 *Ἀράχνη καὶ Ἀράχνιον διαφέρει· Ἀράχνη μὲν γὰρ θηλυκῶς τὸ ὕφασμα, καὶ οὐδετέρως τὸ Ἀράχνιον· ἀρσενικῶς δέ, ὁ Ἀράχνης, τὸ ζῷον.* cf. Thom. M. 38, 8 Bachm. II, 376, 29. Apparet, Eranium haud temere in titulo *Ἀράχνης* posuisse, sed hanc vocem potius ex titulo Ammonianae collectionis intercidisse. Sed iam satis, nam si tot in articulis, ubi Ammonius et Eranius in diversum abeunt, ea, quae hic exhibet, haudquaquam temerariae manui „magistelli infima aetate florentis" debentur, veri simillimum est, idem valere de plurimis ceterorum locorum, ubi Eranius alia habet atque Ammonius. Cetera ideo nude posita hic habes: Eran. 155 et 163 *Ἆθλον Ἔπα-*

θλον et *Ἆθλος Ἆθλον* Amm. 4; E. 155 *ἄστρον ἀστήρ* A. 26; E. 157 *ἀλίπαστον ἀλίσπαριον* A. 11; E. 158 *ἄρρωστος ἀρρωστῶν* A. 24; E. 164 *βίος ζωή* A. 30; E. 165 *δοῦλοι οἰκέται θεράποντες* A. 45 et 69; E. 166 *ἐπίκουροι βοηθοί* A. 55 *ἐπίκουροι σύμμαχοι*; E. 166 *ἑταῖρος φίλος ξένος* A. 60 *ἑταῖρος φίλος*; E. 168 *εὐθύς εὐθύ* A. 62; E. 170 *λαβεῖν δέξασθαι* A. 87; E. 170 *λῆμα λῆμμα* A. 89; E. 171 *νῆες πλοῖα* A. 98; E. 171 *ὄρθρος πρωΐ* A. 104; E. 172 *πόλις ἄστυ* A. 115; E. 173 *τέρας σημεῖον* A. 135; E. 173 *τεῖχος τειχίον* A. 135; E. 173 *τιμωρεῖν τιμωρεῖσθαι* A. 136; E. 161 *ἀναφορά εἰσφορά* A. 22 *ἀποφορά ἀναφορά*; E. 162 *ἄρα ἆρα* A. 23.

Nunc postquam Eranii Ammoniique comparatio peracta est atque hac ipsa comparatione Eranium ex libro ut Ammonii simillimo, ita tamen hic illic — num hoc ubique fuerit, non potest decerni — minus corrupto magisque abundanti paucula sua sublegisse apparuit, confidentissime statuo, Eranii vel Herennii Philonis nomen haud sine causa illis tenuibus schedis praefixum legi, sed eas a prisco et genuino opere Herennii Philonis profectas esse. Sed is, qui paucula illa sibi assumpsit, certe non ipse Herennii opus genuinum in manibus habuit; immo, cui sua debet, opus et ipsum nihil nisi epitome operis Herenniani fuit; certe illud *Ἀρχὴ τοῦ A, Ἀρχὴ τοῦ B* etc. quod scriptor schedarum nostrarum non ipse addidit, sed ex auctore suo transscripsit, demonstrat, librum, quo usus est schedarum scriptor, secundum ordinem alphabeticum dispositum fuisse, qualis ordo vix ad primam operis Herenniani formam referri potest. Multo etiam verisimilius est, Herennii librum per totam epitomatorum seriem migrasse, donec, paullatim attenuatus, a prisco nitore et abundantia ad harum schedarum scabiem et tenuitatem delaberetur.

VI. De Epimerismis in Psalmos Georgii Choerobosci nomen prae se ferentibus.

Editi sunt Epimerismi in Psalmos a Thoma Gaisford Oxonii 1842. — Disputavit de iis Lehrsius Anal. Herod. 439 not., sed perpaucis verbis, paulo plura invenies, sodes, apud Lentz. Praef. in Herod. p. CCIV. —

Praemoneo, textum horum Epimerismorum adeo esse corruptum, ut nonnunquam, ubi praeter titulum vix quicquam cum collectionibus nostris synonymicis commune invenitur, distinctio synonymica tamen ad has collectiones referenda sit. Unum propono exemplum. Ep. Ps. 85 legitur: *Τί διαφέρει ἄγγελος αὐτάγγελος καὶ ἐξάγγελος; Διαφέρει· ἄγγελος μὲν γὰρ λέγεται ὁ ἔξω τὰς ἀγγελίας ἄγων.* Vox *αὐτάγγελος*, quam tractatum iri titulus promittit, non tractatur. Similium corruptelarum si ratio habetur, haec fere cum ea epitome Herenniani operis, quae nomen Ammonii usque ad hunc diem prae se fert, optime congruunt: Ep. Ps. 47 *τί διαφέρει καιρὸς καὶ χρόνος; διαφέρει·* etc. = Amm. 79. (cf. E. G. 293, 49; Thom. M. 206). — Ep. Ps. 48 *τί διαφέρει ἡ παρὰ πρόθεσις τῆς ἀπό; διαφέρει, ὅτι* etc. = Amm. 20 (cf. Pt. Asc. § 83. Eust. 1134, 37). — Ep. Ps. 85 *τί διαφέρει ἄγγελος αὐτάγγελος καὶ ἐξάγγελος; διαφέρει·* etc. = Amm. 2. (cf. Pt. A. § 103. E. G. 3, 46). — Ep. Ps. 115 *τί διαφέρει τὸ κρίνειν τοῦ διακρίνειν; διαφέρει* etc. = Amm. 85 (cf. E. G. 347, 41). — Ep. Ps. 116. *κύριος μὲν λέγεται ἐπὶ τῆς μητρὸς καὶ τῶν παιδίων, δεσπότης δὲ ἐπὶ τῶν ἀργυρωνήτων.* = Amm. 39. 86 (cf. Pt. A. § 43;

Eran. Ph. 169; E. G. 304, 33; 356, 31. — Ep. Ps. 125. *διαφέρει ὀλίγον καὶ μικρόν· ὅτι* etc. Ep. Ps. 158 *ὀλίγον καὶ μικρὸν διαφέρει* etc. — Amm. 103 (cf. Pt. A. § 200; Eran. Ph. 171; E. G. 425, 36; 382. 44). — Ep. Ps. 134. *οὐδὲν καὶ οὐθὲν διαφέρει* etc = Amm. 105 (cf. Eran. Ph. 171; E. G. 194, 29). — Ep. Ps. 137 *λίβανος καὶ λιβανωτὸς διαφέρει· λίβανος μέν ἐστι τὸ ὄρος καὶ τὸ δένδρον, λιβανωτὸς δὲ τὸ ἀπὸ δένδρου δάκρυον θυμιώμενον.* Amm. 89. *λίβανος καὶ λιβανωτὸς διαφέρει· λίβανος μὲν γὰρ κοινῶς καὶ τὸ δένδρον καὶ τὸ θυμιώμενον· λιβανωτὸς δέ, μόνον τὸ θυμιώμενον·* Ex Ammonio quaedam interciderunt, imprimis illud *ὄρος* quod habet Epimerista, nam Pt. A. § 31 legitur *λίβανος καὶ τὸ δένδρον καὶ τὸ θυμιώμενον καὶ τὸ ὄρος·* (cf. Thom. M. 222, 2; E. G. 369, 30; Schol. Ar. Plut. 703). — Ep. Ps. 142 *εἰκὼν προτομῆς διαφέρει* etc. = Amm. 46 (cf. Pt. A. § 133). — Ep. Ps. 143 *κωφὸς καὶ ἐννεὸς διαφέρει· κωφὸς ἐλέγετο παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ὁ μὴ φθεγγόμενος, καὶ Ὅμηρος „κύματι κωφῷ“ νῦν δὲ κωφὸς ὁ τὴν ἀκοὴν βεβλαμμένος· ἐννεὸς δέ, ὁ ἔκ τινος σημείου θαυμάζων καὶ μένων ἄφωνος.* — Amm. 86, sed ibi nulla extat differentia, itaque adde libro Ammoniano, quae habet Epimerista inde ab „*ἐννεὸς δὲ*“ etc. Etiam in Eranii libello hoc loco distinctio synonymica, quae esse debuit, desideratur, hunc identidem ex Epimerista supple. (cf. Eran. Ph. 170; E. G. 359, 1;). — Ep. Ps. 145 *τί διαφέρει τὸ νῦν τοῦ νυνί;* etc. — Amm. 99 (cf. Eran. Ph. 171; E. G. 412, 31; E. M. 608, 43; Eust. 1840, 1.). — Ep. Ps. 159 *σημεῖον καὶ τεκμήριον διαφέρει ὅτι* etc. = Amm. 127 (cf. Pt. A. § 138; Eran. Ph. 173; E. G. 499, 6). — Ep. Ps. 163 *τί διαφέρει κραιπάλη μέθης: διαφέρει* etc. = Amm. 85 (cf. Pt. A. § 58; Thom. M. 207, 14; E. G. 312, 21; Epim. in Cram. An. Ox. II, 382, 15). — Ep. Ps. 167 *τί διαφέρει πρωτότοκος καὶ*

πρωτοτόκος; etc. = Amm. 121. (cf. Thom. M. 300, 8; E. G. 484, 55; 585, 42; E. M. 692, 16; Herod. I, 235, 6; Schol. Lips. Il. *P* 5.). — Ep. Ps. 174 *τί διαφέρει ἐπιτήδευμα τέχνης; διαφέρει* etc. — Amm. 134; (cf. Thom. M. 353, 12; E. G. 203, 1; 527, 49.). — Ep. Ps. 190 *διαφέρει ζῆλος καὶ φθόνος* etc. = Amm. 64 (cf. E. G. 231, 12). — Ep. Ps. 190 *διαφέρει ζηλῶσαι καὶ ἐρίσαι* etc. = Amm. 64 (cf. E. G. 207, 40). —

Hae, quas enumeravi, distinctiones, sine ulla dubitatione ad Ammonium, praesertim si hic nonnullis locis pauculum suppleatur, referri possunt. Sunt autem alia vestigia doctrinae Herennianae, in quibus Ammonius solus nihil nobis prodest, nisi eius, quos putaverunt, pedisequos et sectatores auxilio vocamus. Summi momenti est locus Ep. Ps. 114 *τί διαφέρει αἶνος καὶ παροιμία; διαφέρει· ὁ μὲν αἶνος λόγος ἐστὶ μυθικὸς, ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν· ἐπὶ μὲν ἀλόγων ζώων, ὡς παρ᾽ Ἀρχιλόχῳ· αἶνος τῶν ἀνθρώπων ὅδε*

ὡς ἄρ᾽ ἀλώπηξ καὶ αἰετὸς
ξυνωνίαν ἔθεντο.

ἀπὸ δὲ φυτῶν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ λόγον
ἄκουε δὴ τὸν αἶνον.

Amm. 6 multo habet plura, Eran. Ph. 162 multo minora quam Epimerista, qui tamen sua non Ammonio debet, sed Eranii Philonis similem librum sequitur. Amm. 6: *Αἶνος καὶ Παροιμία διαφέρει· ὁ μὲν γὰρ Αἶνός ἐστι λόγος κατὰ ἀναπόλησιν μυθικὴν, ἀπὸ ἀλόγων ζώων, ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπους εἰρημένος, ὥς φησι Λούκιος Ταρραῖος ἐν τῷ πρώτῳ Παροιμιῶν* etc. Optime cum Epimerista consentit Eran. Ph. 162 *Αἶνος καὶ Παροιμία διαφέρει· ὁ μὲν γὰρ Αἶνος, ὃς καὶ παραίνεσις λέγεται, ἔστι λόγος μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν, πρὸς*

ἀνθρώπων παραίνεσιν· Παροιμία δὲ, τὴν ἀπὸ τοῦ κεφαλαίου ἐπὶ στοιχεῖον ἀναφορὰν ἐνδέουσαν τοῦ αἴνου. (cf. E. G. 19, 46; 19, 19; Pt. A. § 73; Lexic. Angelican. Ritschl. Opuscc. 679.) Huc appello, etsi de eo iam supra actum est, Eustathii locum 855, 2 Αἶνος γάρ ἐστιν οὗ καὶ ὁ μυθώδης λόγος, ὡς καὶ παρ' Ἡσιόδῳ· αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, ἤτοι μυθώδη παραίνεσιν, περὶ οὗ δὴ αἴνου καὶ τοιαῦτά φασιν οἱ παλαιοί· αἶνος καὶ παροιμία διαφέρουσιν, καθὸ ὁ μὲν αἶνος λόγος ἐστὶ μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν, ὥς φησι Λούκιος ὁ Ταρραῖος ἐν πρώτῳ περὶ παροιμιῶν· ἀπὸ μὲν ἀλόγων, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ· αἶνός τις ἀνθρώπων, ὡς ἄρ' ἀλώπηξ καὶ ἀετὸς ξυνωνίην ἔθεντο· καὶ Ἡσίοδος· νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, ὧδ' ἴρηξ προσέειπε ἀηδόνα· ἀπὸ δὲ φυτῶν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· ἄκουε δὴ τὸν αἶνον ἔν κοτε Πύλῳ δάφνην καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ἔστι ὁ αἶνος ἐξωπλημένη παροιμία· καὶ οὕτω μὲν καὶ τοῦτο κατεστρωμένον οὕτω ῥητῶς ἐν τοῖς Ἐρεννίου Φίλωνος. cf. 1768, 59 ῥητῶς δὲ κατὰ τὸν παλαιὸν εἰπεῖν, λόγος μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν. Iam si consideras Epimeristae locum, qui tam misere est corruptus, ut interpretatio vocis παροιμία, quae esse debebat, tota desideretur, facile tibi persuadebis, in libro synonymico, quem Epimerista sequitur, eadem fere omnia extitisse, quae habet Ammonius, ibi tamen, ubi Eranius ab Ammonio dissentit, Eranii vestigia pressisse hunc librum. Talem librum non modo extitisse, sed etiam ei Herennii Philonis nomen praefixum fuisse demonstrat Eustathius. Tertius, disertus testis, contra Ammonium surgit ipse Eranius. Is epitomator, qui Herennii scrinia omnium maxime et impudentissime expilavit, ut collectionem, quam a Valckenaerio editam habemus, Ammonianam adornaret, adeo insolens in Herennio mutando

fuit, ut non solum ipsius Herennii verba saepe inflecteret, sed etiam eius, quem citat Herennius, Lucii Tarrhaei verba suo arbitrio obliteraret. Sed in Epimerismis nostris alia extant, quae a collectione Ammoniana ad Eranium quendam vel Herennium, eo, quem habemus, Eranio copiosiorem, spectare videntur, neque ullo modo ex Ammonio solo explicari possunt. Ep. Ps. 112 *τί διαφέρει πόλις καὶ ἄστυ; διαφέρει· πόλις μὲν λέγεται τὸ οἰκοδόμημα, ἄστυ ἡ κατασκευὴ τῆς πόλεως· ἢ πόλις λέγεται τὸ πολίτευμα, ἄστυ δὲ τὸ τεῖχος.* Eran. Ph. 172 *Πόλις καὶ ἄστυ διαφέρει· πόλις μὲν γὰρ τὸ οἰκοδόμημα· ἄστυ δέ, ἡ κατασκευὴ τῆς πόλεως.* Aliter Amm. 115 *Πόλις καὶ Ἄστυ διαφέρει. Πόλις μὲν γὰρ καὶ ὁ τόπος καὶ οἱ κατοικοῦντες, ἤγουν τὸ συναμφότερον. Ἄστυ δέ, μόνον ὁ τόπος.*

Φράζεο νῦν, ὅπως κε πόλιν καὶ ἄστυ σαώσῃς· (cf. Pt. A. § 75; Thom. M. 296, 12; E. G. 87, 17; 473, 38 473, 41; Epim. Hom. An. Ox. I. 31) Epimerista cum Eranio contra Ammonium facit, debetur igitur haec distinctio non Ammonio, sed libro alii synonymico, nisi fallor, epitomae operis ab Herennio conditi, schedis Eranii copiosiori. — Ep. Ps. 118 *Τί διαφέρει πλούσιος, εὔπορος, ἀφνειὸς καὶ ὄλβιος; Διαφέρει· πλούσιος ὁ πολλὴν ἔχων οὐσίαν· εὔπορος ὁ πρὸς τὰς ἐπιβαλλούσας χρείας ἀνενδεής·* etc. Amm. 113 == Ep. Ps., at pro ‚*πρὸς τὰς ἐπιβαλλούσας χρείας ἀνενδεής*' habet ‚*πρὸς τὰς ἐπιβαλλούσας τύχας ἀνενδεής*. Sed idem illud *χρείας* habet Pt. A. § 127; Thom. M. 296; Ep. Hom. An. Ox. I, 231. Dolendum est, Eranium Philonem 172 de voce *εὔπορος* tacere. Certe in eo ipso, si haec nota superesset, *χρείας* legeretur. (cf. Amm. 103; 111, E. G. 470, 55; Cyrill. Lex. Tzetz. Hes. op. et. d. v. 24). — Ep. Ps. 161. *Τί διαφέρει παραβολὴ παραδείγματος; ἡ μὲν παραβολὴ ἀπὸ ἀψύχων ἢ ζώων ἀλόγων λέγεται, τὸ δὲ παράδειγμα*

ἀπὸ ἐμψύχων ἢ γεγονότων πραγμάτων. Amm. 109. *Παραβολὴ καὶ Παράδειγμα διαφέρει· Παραβολὴ μὲν γάρ ἐστιν ἡ οἷά τε γενέσθαι ἐπὶ παραδείγματος· οἷον·*

Ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδών.

Παράδειγμα δέ, γεγονότος πράγματος ἀντιπαράθεσις.

Οἶνος καὶ Κένταυρον ἀπώλεσεν.

Omnia quae habet Epimerista, Herennio tribuenda esse, inde apparet, quod, quae plura, quam apud Ammonium, in Epimerismis leguntur, Thom. M. 278, 1 exhibet: *παράδειγμα ἐπὶ ἐμψύχου· παραβολὴ ἐπὶ ἀψύχου.* — Unum etiam illustre exemplum proponam, ut Epimeristae distinctiones ad fontem artis synonymicae libro Ammoniano uberiorem redire demonstretur. Ep. Ps. 170 *Διαφέρει ὕμνος ἐγκωμίου· ὁ γὰρ ὕμνος ἐπὶ Θεοῦ λέγεται, τὸ δὲ ἐγκώμιον ἐπὶ ἀνθρώπων.* Amm. 139 *Ὕμνος Ἐγκωμίου διαφέρει· ὁ μὲν γὰρ Ὕμνος ἐστὶ θεῶν· τὸ δὲ Ἐγκώμιον ἀνθρώπων.* Ep. Ps. 133 *Τί διαφέρει ἔπαινος ἐγκωμίου; Διαφέρει· ἔπαινος μὲν γάρ ἐστι λόγος μίαν πρᾶξιν ἐγκωμιάζων, ἐγκώμιον δὲ τὸ πολλὰς πράξεις ἐν ἑαυτῷ περιλαμβάνον.* Apud Ammonium haec desunt, neque tamen a doctrina Herenniana aliena fuerunt, nam v. Thom. M. 205; ibi de vocibus *ἔπαινος, ἐγκώμιον, ὕμνος* earumque differentia agitur. Ex Ammonii Lexico observationem de voce *ἔπαινος* intercidisse puto. (cf. Boiss. An. Gr. I, 122 sub „*Φιλοσόφων λόγοι*" *Ἐπικούρου*; E. G. 540, 42; 196, 33). —

Neque tamen omnia, quae Epimerista iis collectionibus synonymicis, quae adhuc servatae sunt, plura habet, ad Herennium referenda sunt, et saepe difficile est diiudicatu, utrum quid Herennio tribuendum sit, an ab epitomatore quodam, forsan etiam ab ipso Epimerista appictum sit. Unum commemoro locum, ubi additamentum manus posterioris manifesto deprehenditur, Ep.

Ps. 73 *Τί διαφέρει τὸ ἄγω τοῦ φέρω; ὅτι τὸ μὲν ἄγω ἐπὶ ἐμψύχων λαμβάνεται, ὡς τὸ*

ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην

τὸ δὲ φέρω, ἐπὶ ἀψύχων, ὡς τὸ

οἱ δ' ἦγον μὲν μῆλα, φέρον δ' εὐήνορα οἶνον.

Amm. 2 *Ἄγειν καὶ Φέρειν διαφέρει. Ἄγεται μὲν τὰ ἔμψυχα. Φέρεται δὲ ἄψυχα.*

Οἱ δ' ἦγον μὲν μῆλα, φέρον δ' εὐήνορα οἶνον.

Stultus magistellus, cui Epimerista sua debet, quid voluerit, in propatulo est. In Herennii opere ad vocem *ἄγω* nullum erat allatum testimonium, ergo epitomator hoc vitium corrigere studuit. Sed quam prave fecit! Herennius persaepe distinctiones suas ad scriptorum locos applicavit, quibus voces, quarum differentiam illustraturus erat, in unum collatae inveniebantur. Amm. 5. *Αἰτῶ* ab *Αἰτοῦμαι* distinguitur, unum exemplum affertur: *Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν, οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.* Amm. 19 agitur de *Ἀποδρᾶναι* et *Ἀποφεύγειν*, unum exemplum exhibetur: *Οὔτε ἀποδεδράκασιν, οὔτε ἀποπεφεύγασιν.* Amm. 36 differentia vocum *γῆμαι* et *γήμασθαι* explicatur. Ibi habes haec tria exempla: *Γημαμένη ᾧ υἱῷ ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας Γῆμε*, tum *Καὶ θάλαμος, ἐν ᾧ κεῖνος Οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο*, postremo *Σοὶ μὲν γαμεῖσθαι μόρσιμον, γαμεῖν δὲ μή.* Amm. 39 *δέος; φόβος*, unum exemplum *Ἡμέας ἔχει φόβος τε καὶ δέος.* Amm. 41 *δικαστής διαιτητής*, unum exemplum *Εἴ τις δικαστὴς ἢ διαιτητὴς θεῶν* etc. etc. -- Ep. Ps. 2. *Διαφέρει πρότερος καὶ πρῶτος, ὅτι* etc. == Amm. 120, sed alterum Epimeristae exemplum in libro Ammoniano non invenitur; utrum Epimerista, an Ammonius Herennii genuinum exemplum servaverit, non est tanti scire. — Ep. Ps. 112 *Τί διαφέρει πτωχὸς καὶ πένης; Διαφέρει* etc. aliter atque Amm. 111. Hic certe Epimerista ab He-

rennio discedit, sed ita, ut fons tamen cognoscatur. (cf. Pt. A. § 186; Eran. Ph. 172; E. G. 459, 10; Eust. 1833, 54). — Multo autem gravior est locus, quem habet Epimerista 166 *Διαφέρει σύμβολον καὶ σημεῖον καὶ τέρας· καὶ σύμβολόν ἐστι τὸ παρὰ τοῖς στρατιώταις ἢ καί τισιν ἄλλοις μελετηθὲν ἀλλήλοις παρὰ σφῶν δειχθήσεσθαι πρὸς ἐνέδραν ἀπιοῦσι· σημεῖον δὲ τὸ συνήθως γενόμενον· τέρας δὲ τὸ μὴ πρότερον γεγονός.* Amm. 135 *Τέρας Σημείου διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ Τέρας παρὰ φύσιν γίγνεται. τὸ δὲ Σημεῖον, παρὰ συνήθειαν.* Eran. Ph. 173 mirifice dissentit *Σημεῖον Τέρατος διαφέρει· Σημεῖον μὲν γὰρ λέγεται τὸ ἐπὶ τοῦ ἀέρος γινόμενον. Τέρας δέ, τὸ ἐν γῇ.* Vocis *Σύμβολον* in libris synonymicis nullum inveni vestigium. Ab Herennio Philone ideo explicationem illius vocis alienam esse puto. (cf. Ep. Hom. An. Ox. I, 404; Ep. Hom. An. Ox. II, 415; Sch. Il. *E* 742, Sch. Il. Lips. *B* 307; E. G. 526, 22; E. M. 752, 18.). — Ep. Ps. 134 *Τί διαφέρει πατρὶς καὶ πόλις; Διαφέρει, ὅτι ἡ μὲν πατρὶς πόλεις περιέχει, ἡ δὲ πόλις πατρίδα οὐκέτι.* Ep. Ps. 169 *Διαφέρει πατρὶς πόλεως, καθὸ ἡ μὲν πατρὶς τὴν πόλιν περιέχει, πόλις δὲ πατρίδα οὐκέτι.* Huius distinctionis in libro Ammoniano ceterisque nihil superest, attamen fortasse Herennio debetur, nam v. Amm. 115 *Πολίτης καὶ Πατριώτης διαφέρει. Πολίτης μὲν γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως, ἐλεύθερος ἐλευθέρῳ. Πατριώτης δὲ ὁ ἐκ τῆς αὐτῆς χώρας, δοῦλος δούλῳ· ἡ γὰρ Πατρὶς καὶ ἐπὶ τῆς χώρας τάσσεται· ὡς τὸ*

Τοῖσι δ' ἄφαρ πόλεμος γλυκίων γένετ' ἠὲ νέεσθαι
Ἐν νηυσὶ γλαφυρῇσι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

οὐ γὰρ πάντες ἐκ μιᾶς ἦσαν πατρίδος, ἀλλ' ἐκ μιᾶς χώρας. Hoc loco fortasse de *πόλις* nonnullis verbis actum erat, quae eo facilius intercidere potuerunt, quod Ammonius pergit, differentiam vocum *πόλις* et *ἄστυ* explicans. Sed

nolo in dubiis haerere. (cf. E. G. 473, 47; E. M. 656, 25). — Ep. Ps. 69 *Τί διαφέρει βασιλεὺς κοίρανος καί ἡγεμών; Διαφέρει· βασιλεὺς μὲν λέγεται ὁ ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν περιποιούμενος, κοίρανος δὲ ὁ πρὸς καιρὸν τοῦ βασιλέως ἔργον ἐπιτελῶν, ἡγεμὼν δὲ ὁ τῆς στρατείας ἡγούμενος.* Ep. Ps. 168 *διαφέρει βασιλεὺς τύραννος καὶ κοίρανος· βασιλεὺς μέν ἐστιν ὁ ἐξουσιαστής, καὶ κατὰ νόμους ἄρχων τῶν ἀρχομένων· τύραννος δὲ ὁ ἀλόγῳ ἐξουσίᾳ αὐτονόμως χρώμενος καὶ τοὺς νόμους ἐκποδὼν ποιῶν· κοίρανος δὲ κατὰ καιρόν τινα ἄρχων, ὥσπερ στρατηγὸς, καὶ ταχέως στρατηγήσας, καὶ τῆς ἀρχῆς παραλυόμενος.* Ea, quae Epimerista p. 69 habet, apud Amm. p. 28 inveniuntur. Contra quae Epimerista p. 168 habet, in libris nostris synonymicis desunt. At Amm. 138 agit de vocibus *τύραννος* et *βασιλεύς* ita, ut distinctio, quae esse debebat, desit, Eran. Ph. 174 autem *τύραννοι* a *βασιλεῖς* distinctum fuisse videtur, sed aliis verbis atque apud Epimeristam. Apparet igitur, in hac synonymorum serie quaedam ex epitomis nostris excidisse, quae nescio an in opere Herennii genuino extiterint, neque tamen omnia, quae Epimeristae sunt, Herennio tribuere audeo, sed libere me hac in re nihil scire profiteor. (cf. Pt. A. § 52; Eran. Ph. 163; E. G. 537, 47; 105, 23; Thom. M. 59, 6; Eust. 1840, 6) [Suid 956, 2; Sch. Ar. Ach. 61]. —

Nunc venio ad eas Epimeristae distinctiones synonymicas, quarum ne minimum quidem vestigium in epitomis Herennianis, quas nunc habemus, Ammonii, Eranii, Ptolemaei nominibus signatis extare video, oriturque quaestio, num eae ad Herennianum opus genuinum vel ad perditam eius operis epitomen referenda sint. Ego hoc neque affirmaverim neque negaverim. Quoniam autem vestigia additamentorum ab Herennio alienorum extare

apparuit, nihil est causae, cur non cogitari possit, aut Epimeristam plura vel ipsum invenisse vel aliunde petisse, aut epitomatorem operis Herenniani, qui ei distinctiones suppeditavit, cum plurima ex Herennii opere transscriberet, de suo quaedam addidisse. Itaque cavendum est, ne nimis multa Herennio assignentur. Attamen aliqua cum specie veri Herennio tribui potest distinctio, quam habet Epimerista p. 144 *διαιρεῖται δὲ λύπη εἰς δ', εἰς ἄχος, εἰς ἄχθος, εἰς φθόνον καὶ εἰς ἔλεον. Καὶ ἄχος ἐστὶ λύπη βαρύνουσα καὶ ἐνοχλοῦσα ἐπὶ ἀφορήτοις συμβάσεσι, φθόνος δὲ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς καὶ ἔλεος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς.* Sed v. infra. Contra nullo modo Herennio tribui potest alia Epimeristae distinctio, quam habet p. 183 *διαφέρει μόνος καὶ μοναχός· μοναχὸς μὲν εἴρηται παρὰ τὸ μόνῳ τῷ θεῷ εὔχεσθαι, ἢ παρὰ τὸ μόνος ἄχη ἔχειν ἢ λύπας. οὐκ εἴπομεν, μόνος ἄχη ἔχει, τῶν ἄλλων μὴ ἐχόντων, ἀλλ' ἐν τῷ μόνον αὐτὸν εἶναι ἄχη ἔχειν· μόνος δὲ ἁπλῶς ὁ μεμονωμένος.* (cf. E. G. 397, 42) Tamen eam in libris synonymicis circumlatam esse, demonstrat E. M. 590, 32 *Μοναχός: παρὰ τὸ μόνῳ θεῷ προσεύχεσθαι· ἢ παρὰ τὸ μόνος ἄχη ἔχειν, ἤγουν λύπας. Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς.* Quae cum ita sint, etiam de ceteris dubito, utrum Herennio tribuenda sint, an alium fontem innuant. Sunt autem haec: Ep. Ps. 127 *καπνός κνίσσα λιγνὺς ἀτμὸς αἰθάλη* distinguuntur. (cf. E. G. 369, 50; ibid. post Orionem p. 626, 27; E. M. 565, 24; Zonar 1310). Ep. Ps. 127 *γνόφος* a *νεφέλη* distinguitur (cf. E. G. 127, 54), Ep. Ps. 135 *ῥάβδος* a *βακτηρία* (cf. E. G. 489, 24. Epim. An. Ox. II, 351, 29; *Ἐκλ. διαφ. λεξ.* An. Ox. II, 484, 4), Ep. Ps. 164 *λύμη* a *λοιμική*, sed v. quam misere ille locus sit laceratus; *διαφέρει λύμη καὶ λοιμική, ὅτι ἡ μὲν λύμη φθορά τίς ἐστι ψυχὴν διαβαίνουσα· σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἀκαθαρσίαν.* (cf. E. G.

183, 5; Zonar. 1317; 1321) Ep. Ps. 165 γνώμη et διάνοια (cf. E. G. 144, 22) Ep. Ps. 172 ἀνατολή et ἐπιτολή, Ep. Ps. 175 ζωστήρ et ζώνη et ζῶμα (haec vox in lemmate deest.), quae distinctio primum auctorem habere videtur Aristarchum, cf. Lehrs. De Ar. stud. Hom. p. 121[2] (Sch. Il. *K* 77; *Δ* 133; Ap. Lex. 382; Amm. 65; Eran. Ph. 168; Pt. A. § 87; E. G. 234, 28; E. M. 414, 23) Ep. Ps. 176 οἰκονόμος et φειδωλός (cf. E. G. 422, 36) Ep. Ps. 182 πώγων et μύσταξ et ὑπήνη et γένειον et ἴουλος (cf. Sch. Il. *Ω* 348; E. M. 472, 39; 780, 29). — Ceterae, quae in Epimerismis nostris inveniuntur, distinctiones consilio ac ratione a me omissae sunt, quoniam a libris synonymicis alienae videntur. Plurimas differentias, quae pertinent ad voces accentu tantum vel una littera diversas, et ipsas omisi, nam prae multitudine grammaticorum, qui in iis distinctionibus enucleandis studium collocaverunt, is qui singulas certo cuidam auctori tribuere audet, facillime errat.

VII. De schedis synonymicis a Cramero editis in An. Par. IV.

Cod. Paris. 2720. *Παρακολουθήματα καὶ ζητήματα γραμματικὰ ἀναγκαῖα.* Ibi p. 245 sqq. nónnulla ad artem synonymicam spectantia inveniuntur. Ea non sunt neglegenda, quippe quae spectent ad librum synonymicum Ammonii simillimum, sed Eranii similiorem, ut magis magisque manifestetur, Eranii schedas ad opus genuinum Herennii Philonis referendas esse, scriptorem libri Ammoniani autem certe plurima doctrinae Herennianae servavisse sed ita, ut saepissime a prisca et genuina lectione descisceret.

Primum quidem illa ‚*παρακολουθήματα*' alia exhibent, quae hoc loco nullo sunt usui, tum vero invenitur continua series differentiarum Herennianarum: *Ὀρνιθευτὴς λέγεται ὁ τὰς ὄρνεις θηρεύων, ὀρνιθοσκόπος δέ, ὁ μάντις.* = Amm. 104. — *Λῆμα ἡ ἀνδρία καὶ ἡ φρόνησις, λῆμμα δὲ τὸ κέρδος.* Eran. Ph. 170 *Λῆμμα μὲν διὰ δύο μμ, τὸ κέρδος· Λῆμα δέ, δι' ἑνὸς μ, ἡ ἀνδρεία.* Aliter Amm. 89 *Λῆμα καὶ Λῆμμα διαφέρει. Λῆμα μὲν γάρ ἐστι δι' ἑνὸς μ, τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς· Λῆμμα δέ, διὰ δύο μμ, τὸ λαμβανόμενον.* — *Λαμβάνει τις τόδε, μηδενὸς διδόντος, δέχεται δὲ παρά τοῦ, ὅθεν καὶ ἡ δεξία.* Eran. Ph. 170 *Λαβεῖν καὶ Δέξασθαι διαφέρει. Λαβεῖν μὲν γάρ ἐστι τὸ ἀνελέσθαι μηδενὸς διδόντος. Δέξασθαι δέ, τὸ παρά τινος προτεινόμενον.* Amm. 87 *Λαβεῖν καὶ Δέξασθαι διαφέρει· Λαβεῖν μὲν γάρ ἐστι, τὸ κείμενόν τι ἀνελέσθαι. Δέξασθαι δέ, τὸ διδόμενον ἐκ χειρός.* — *Ἕνεκα ἀντὶ τοῦ χάριν. οὕνεκα ἀντὶ τοῦ διότι* = Amm. 106 = Eran. Ph. 172. — *Θεάτης ἀγώνων καὶ θεάτρων. Θεωρὸς δὲ ὁ εἰς θεῶν ἑορτὰς πεμπόμενος, ὅθεν καὶ θεωρικὰ χρήματα, τὰ τοῖς τοιούτοις διδόμενα, μισθός.* = Amm. 69. = Eran. Ph. 169. — *Τὸ νυνὶ ἐπὶ μόνου τοῦ ἐνεστῶτος τάττεται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· τὸ δὲ νῦν ἐπὶ τῶν τριῶν χρόνων.* = Amm. 99. = Eran. Ph. 171. — *Σικελὸς ὁ Σικελίας οἰκήτωρ, Σικελιώτης δὲ ὁ ἐξ ἀλλοδαπῆς εἰς Σικελίαν ἄποικος ἐλθών.* Paulo aliter Amm. 128. — *Πατρῷα καὶ μητρῷα λέγονται τὰ ἐκ πατέρων ἢ μητέρων ἀποθανόντων καταλειπόμενα τοῖς τέκνοις· πάτρια δέ, τὰ τῆς πατρίδος ἔθη.* = Amm. 111. — *Μόχθηρος καὶ πόνηρος ὁ διὰ σώματος μοχθῶν καὶ πονῶν· μοχθηρὸς δὲ ὁ τὰ ἤθη φαῦλος· καὶ πονηρὸς ὁμοίως.* Similiter Amm. 95 et 116. — *Αὐχὴν μὲν τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου· δέρη δὲ τὸ ἔμπροσθεν, ἔνθα ὁ λάρυγξ.* = Amm. 27. — *Γεννᾷ ὁ ἀνὴρ κυρίως, τίκτει δὲ ἡ γυνή.* Hic locus demonstrat, ex

Ammoniano libro intercidisse hanc distinctionem. Idem ut credamus suadet Thom. M. 358, 15 *Τίκτειν κυρίως ἐπὶ γυναικός· τὸ δὲ γεννᾶν ἐπὶ ἀνδρὸς* etc. — *Γελοῖος ὁ γελωτοποιός, γέλοιον ὁ γέλως, εὐτράπελον δὲ τὸ ἀστεῖον, ἤγουν τὸ μετὰ σεμνότητος χαρίεν.* = Amm. 36 et 128. — *Ἄγγελος μὲν πᾶς ὁ ἀγγέλλων τὰ ἔξωθεν, ἐξάγγελος δὲ ὁ τὰ ἔσωθεν τοῖς ἔξω διαγγέλλων, ὃν Θουκυδίδης διάγγελον εἶπεν. αὐτάγγελος δὲ ὁ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἑαυτῷ κομίζων τὰς ἀγγελίας.* = Amm. 2. — *Ἀγροῖκος ὁ ἐν ἀγροῖς διατρίβων· ἄγροικος δέ, ὁ ἀπαίδευτος.* Hac in distinctione explicanda unusquisque epitomatorum nostrorum quaedam propria, ac tamen omnes quaedam communia exhibent. Amm. 3. *Ἀγροῖκος* — — *ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν· προπαροξυτόνως δέ, ὁ σκαιὸς τοὺς τρόπους.* Pt. A. § 7 *Ἄγροικος βαρύτονον ὁ ἐν ἀγροῖς διατρίβων· ἀγροῖκος δὲ προπερισπωμένως, ὁ μὴ ἥμερος.* Eran. Ph. 156 *Ἄγροικος* — — *ἄγροικος μὲν γὰρ ὁ γνώσεως ἄμοιρος, ἢ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν· Ἀγροῖκος δὲ προπερισπωμένως ὁ μὴ ἥμερος, ἴσος τῷ ἄγριος.* Thom. M. 40, 4 *Ἀγροῖκος ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἁπλῶς· ἄγροικος δὲ ὁ ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος* etc. Illud *ἀπαίδευτος* schedarum Cramerianarum vides apud Thomam, illud *ὁ ἐν ἀγροῖς διατρίβων* apud Ptolemaeum. — Iam sequitur in schedis nostris observatio a rebus synonymicis prorsus aliena, quae incipit: *Πᾶν τὸ διατεταγμένον εἰς εὐθύτητα σχῆμα αὐτὸν καλοῦμεν* etc. — Tum haec inveniuntur: *Τῆς λύπης εἰσὶν εἴδη τέσσαρα· ἄχος, ἄχθος, φθόνος, οἶκτος. ὧν τὸ μὲν ἄχος ἐστὶ λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα, ὡς καὶ Ὅμηρος φησὶ· ‚Πηλείωνι δ' ἄχος γένετο.' διὰ γὰρ τὴν ἐξαίφνης ἔφοδον τῶν ἀκουσθέντων εἰς βάθος χωρεῖ τὸ λογιστικόν· τὸ δὲ ἄχθος ἐστὶ λύπη βαροῦσα καὶ διενοχλοῦσα τὸν νοῦν, ἐπ' ἀβουλήτοις συμπτώμασιν. ὁ δὲ φθόνος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ὁ δὲ οἶκτος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς· τοῦ φόβου πάλιν,*

εἴδη ἕξ· ὄκνος, αἰδώς, αἰσχύνη, κατάπληξις, ἔκπληξις, ἀγωνία· καὶ ὄκνος μέν ἐστι φόβος μελλούσης ἐνεργείας· αἰδὼς δὲ φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου· αἰσχύνη δὲ φόβος ἐκ μεγάλης φαντασίας· ἔκπληξις δὲ φόβος ἐκ δεινῆς ἀκοῆς καὶ μεγάλης, ἀφαιρούσης τὴν αἴσθησιν· ἀγωνία δὲ φόβος ἀποτυχίας· φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν ἀγωνιῶμεν. Similia nobis antea apud Epimeristam Psalterii occurrerunt (p. 144 διαιρεῖται δὲ λύπη εἰς δ'· εἰς ἄχος, εἰς ἄχθος εἰς φθόνον καὶ εἰς ἔλεον etc), sed nunc de iis quidquam proferre nondum audeo, infra accuratius de hac tota synonymorum serie disputabitur. —

VIII. De Epimerismis Homericis editis a Cramero An. Ox. I.

De iis disputantem v. Lentz. Praef. Herod. p. CCV sqq. —

Primum eas distinctiones synonymicas propono, quae, nisi quis offendatur quibusdam corruptelis vel levibus librariorum mutationibus, optime cum libro Ammoniano concinunt. Ep. Hom. 11. *Αἰδώς* (*E* 787): *καὶ αἰσχύνη διαφέρει* etc. Amm. 5. (cf. Eran. Ph. 160; Pt. A. § 84; An. Ox. II, 344, 22; E. G. 16, 11; Tzetz. Hes. op. et d. 318). — Ep. H. 16. *Αὖθις* (*A* 425): . . . . . . *διαφέρει δὲ αὖθι καὶ αὖθις, τὸ μὲν γὰρ αὖθι* etc. Amm. 27. (cf. Pt. A. § 62; Eran. Ph. 158; E. M. 169, 23; E. G. 92, 39; 449, 52). — Ep. H. 101 *Γέλως* (*A* 599): *γέλοιος δὲ καὶ γελοῖος διαφέρει* etc. Amm. 36. (cf. Thom. M. 75, 13; E. G. 122, 35; E. M. 224, 42; Suid. 1080, 14; Herod. 137, 15). — Ep. H. 113. *Δειρή* (*Γ* 371): . . . . . *δειρὴ δὲ αὐχὴν· διαφέρει·* etc. Amm. 27 (cf. Pt.

A. § 1; Thom. M. 39, 1; E. G. 137, 3). — Ep. Hom. 136 *Ἔσσεται: ..... τὸ δὲ ἔσται διαφέρει τοῦ γενήσεται, ὅτι* etc. Amm. 60 (cf. Eran. Ph. 167; E. G. 213, 3). — Ep. H. 150. *Ἐπίκουρος: διαφέρει σύμμαχος καὶ ἐπίκουρος.* Amm. 55 (Pt. A. § 40; Eran. Ph. 166; Sch. Il. *B* 130; E. G. 200, 45; E. M. 360, 50). — Ep. H. 352 *Πῆ: .... καὶ τί διαφέρει τὸ πῆ τοῦ ποῦ; ὅτι* etc. Amm. 113 (cf. Pt. A. § 23; 128; Thom. M. 266; E. G. 464, 45; E. M. 669, 10). — Ep. H. 443. *Χῶρι: .... Τὸ μὲν γὰρ ἄντικρυς σημαίνει τὸ φανερῶς, τὸ δὲ ἀντικρὺ τὸ ἐξ ἐναντίας.* Amm. 17. (cf. Eran. Ph. 160; Pt. A. 13; Herod. II, 831, 14; E. G. 60, 9; E. M. 114, 27; An. Ox II, 339; Suid. 472, 3; Lex. rhet. Bekk. An. Gr. I, 198, 17 etc). — Ep. H. 370. *Πόρος* (*B* 592): .... distinguuntur *τόμος* a *τομός*, *φόρος* a *φορός*, *τρόχος* a *τροχός*. Amm. 136; 143; 137; (cf. Herod. 225, 24; 191, 11; 169, 6; E. G. 476, 10; E. M. 686, 10). —

Nunc eos subiungam locos, quibus distinctio quidem iisdem atque apud Ammonium verbis explicatur, sed Epimerista unum duove exempla ab Ammonio aliena sibi habet. Haec exempla in libro Herennii extitisse et ab Ammonio omissa esse, vix crediderim; immo, siquidem Epimeristae distinctiones ex libro synonymico haustas esse ponitur, eodem tractu mihi ponendum esse videtur, eius libri synonymici auctorem nonnulla de suo doctrinae Herennianae admiscuisse. Atque unum magistelli posterioris manifestum indicium proferam: Ep. H. 38 *Ἀτιμάζω .... τί διαφέρει τὸ ἀτιμῶ ἡ τρίτη συζυγία τοῦ ἀτιμάζω; ἀτιμῶ μὲν λέγεται τὸ κατὰ τὸν νόμον ὁλοσχερῶς κατακρίνω, ἐξ οὗ τὸ ἐπὶ τοῦ ξύλου ἠτιμωμένος ἤτοι κατακεκριμένος „λάβετε γὰρ αὐτὸν ὑμεῖς καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε“ ἀτιμάζω δὲ τὸ ὑβρίζω.* Epimerista spectat ad Ev. Joann. c. 19 v. 6, quod cum ab Herennio Phi-

lone alienum sit, non mirum, si in epitome Ammoniana id Epimeristae exemplum desideratur. Amm. 26. *Ἀτιμοῦται καὶ Ἀτιμάζεται διαφέρει. Ἀτιμοῦται μὲν γάρ τις ὑπὸ τῶν νόμων ὁλοσχερεῖ ἀτιμίᾳ. Ἀτιμάζεται δέ, ὁ ὑβριζόμενος ἔν τινι πράγματι.* (cf. Pt. A. § 116, E. G. 90, 24; E. M. 164, 3). — Magis dubium forsitan videatur, ceteris locis, ubi, quae Epimerista propria habet, exempla Homero debentur, utrum omnia Herennio an nonnulla grammatico recentioris aetatis tribuenda sint. Sed postquam unum additamentum posterius deprehensum est, non sine causa arbitrari mihi videor, etiam alia additamenta difficiliora inventu delitescere. Itaque videsis, quid iudices de Ep. H. 28 *Ἅμα: .... διαφέρει τὸ ἅμα τοῦ ὁμοῦ.* Ibi tria afferuntur ex Homero sumpta exempla, quorum unum etiam in Ammoniano libro invenitur, alterum et tertium desiderantur. Sed quid est facilius, quam talibus in rebus nova exempla invenire atque in locum priorum substituere? (cf. Pt. A. § 20; Eran. Ph. 162; E. G. 40, 39; Tzetz. ap. Bachm. Sch. Lips. p. 812; Eust. 1713, 30; Schol. Ap. Rhod. I, 1079). — Ep. H. 110. *Δῆμος καὶ δημός: Διαφέρει· δῆμος ὁ λαός, δημὸς τὸ λίπος,*

ἐν πίονι δημῷ.

Hoc exemplum apud Amm. 40. deest. (cf. Herod. 168, 17). Ep. H. 131. *Εἵνεκα:* (*Α* 124) ..... *εἵνεκα τοῦ οὕνεκα διαφέρει* etc. Amm. 106. Distinctio apud Epimeristam duobus exemplis illustratur, quorum alterum *οὕνεκα καλὸν εἶδος ἔπ' ἀλλ' οὐκ ἔστι βίη φρεσίν* apud Amm. deest.

Transeo ad eas distinctiones, in quibus explicandis Eranius et Ammonius inter se dissentiunt, ut appareat, utrum Epimerista saepius sequatur. Ep. H. 31. *Ἄστυ* (*Β* 801): *διαφέρει ἄστυ καὶ πόλις· πόλις λέγεται ὁ τόπος καὶ*

οἱ κατοικοῦντες καὶ τὸ συναμφότερον· ἄστυ δὲ, ὁ τόπος μόνος· Ὅμηρος.

φράζε νῦν ὅπως πόλιν καὶ ἄστυ σαώσεις·

Amm. 115. *Πόλις* καὶ *Ἄστυ* διαφέρει. *Πόλις* μὲν γὰρ καὶ ὁ τόπος καὶ οἱ κατοικοῦντες, ἤγουν τὸ συναμφότερον· *Ἄστυ* δὲ, μόνον ὁ τόπος. Φράζεο νῦν, ὅπως κε πόλιν καὶ ἄστυ σαώσῃς. Eran. Ph. 172 *Πόλις* καὶ *Ἄστυ* διαφέρει. *Πόλις* μὲν γὰρ τὸ οἰκοδόμημα. *Ἄστυ* δὲ, ἡ κατασκευὴ τῆς πόλεως. Ep. H. = Amm. (Ep. Ps. 112 = Eran. Ph.) (cf. Pt. A. § 75; Thom. M. 296, 12; E. G. 41, 47; 87, 17; 473, 38). — Ep. H. 404 *Τέρας* (*Δ* 76): σημαίνει τὸ σημεῖον· καὶ διαφέρει σημεῖον τέρατος· τέρας λέγεται παρὰ φύσιν γενόμενον πρᾶγμα· σημεῖον δὲ παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν γενόμενον. Amm. 135 *Τέρας Σημείου* διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ *Τέρας* παρὰ φύσιν γίγνεται· τὸ δὲ *Σημεῖον*, παρὰ συνήθειαν· Eran. Ph. 173. *Σημεῖον Τέρατος* διαφέρει· *Σημεῖον* μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ τοῦ ἀέρος γινόμενον. *Τέρας* δὲ, τὸ ἐν γῇ. Ep. H. = Amm. (cf. Ep. Ps. 166; E. G. 526, 22; E. M. 752, 18; An. Ox. II, 415; Sch. Il. *E* 742; Schol. Il. Lips. *B* 307). — Ep. H. 321 *Τί διαφέρει πλούσιος· εὔπορος· ἀφνειός· ὄλβιος· εὐτυχής; διαφέρει·* etc. ceterum = Amm. 113, sed apud hunc solum *πρὸς τὰς ἐπιβαλλούσας τύχας*, contra. Ep. H. hoc loco, Ep. Ps. 118, Pt. A. § 127, Thom. M. 296 omnes *χρείας* pro *τύχας* exhibent. Eran. Ph. 172 de illa voce, in qua explicanda haec lectionis varietas invenitur, tacet. (cf. Amm. 103; 111; E. G. 470, 55; Cyrill. Lex; Tzetz. Hes. op. et d. v. 24). — Ep. H. 33 (*ι* 444) *Ἀρνειός:* διαφέρει ἀρνειὸς καὶ ἀρνὸς, ὅτι τὸ μὲν ἀρνειὸς σημαίνει τὸν τέλειον, τὸ δὲ ἀρνὸς τὸν νέον· καὶ γὰρ ὁ ποιητὴς τὴν διαστολὴν φυλάττει, καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ τελείου λέγει

ἀρνειούς τε τράγους τε

ἐπὶ δὲ τοῦ νεωστὶ γεγεννημένου

ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν.

Amm. 24 Ἄρνες καὶ Ἀρνειοὶ διαφέρουσιν. Ἄρνες μὲν γὰρ λέγονται οἱ νεογνοί.

Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον.

Ἀρνειοὶ δέ, οἱ προήκοντες ἡλικίᾳ.

Ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ,

Ὅς τ' οἴων μέγα πῶϋ διέρχεται ἀργεννάων.

Eran. Ph. 157 Ἀρνειοὶ καὶ Ἄρνες διαφέρουσιν. Ἀρνειοὶ μὲν γὰρ οἱ τέλειοι. Ἄρνες δέ, οἱ νέοι. Ep. H. = Eran. Ph., sed habet multo plura, quae nescio an omnia in opere synonymico nunc non servato extiterint. Nam illud Epimeristae ὁ ποιητὴς τὴν διαστολὴν φυλάττει nonne sapit sermonem Herennianum? cf. p. 155 Amm. ἐπίκουροι: Ὅμηρος δι' ὅλης ἐφύλαξε τῆς ποιήσεως τὴν διαφοράν. (cf. Pt. A. § 4; Thom. M. 38, 11; Eust. 1627; Sch. Il. Γ 119; E. G. 78, 56; 79, 12). — Epimerista bis facit cum Ammonio, bis cum minoribus epitomis operis Herenniani, unde apparet, aut Epimeristam distinctiones suas hausisse ex opere synonymico admodum grandi, quod, complurium auctorum sententias exhibens, et Ammonii et ceterorum interpretationes complexum sit, aut ex epitome Herenniana, ab iis, quae etiamnunc extant, diversa modoque cum hac modo cum illa congruenti. Atque hoc ipsum maxime notabile est, quod fontes nostri artis synonymicae huc illuc fluctuant ac ne duo quidem libri synonymici, quamvis similes omnes sint, inveniri possunt, qui omnibus locis sibi respondeant. Postquam igitur ab Herennio Philone, principe illo auctore collectionis synonymicae, ea quae priores grammatici Didymus, Trypho alii in hoc genere praestiterant, in unum coacta sunt, et undique aliena colligens propriique laboris fructibus augens Herennius primum synonymorum corpus condidit, fundamento iacto, certatim epitomatores, quidquid eis

arridebat, sui iuris faciebant, ita tamen, ut nonnunquam quaedam leviter immutarent vel etiam adderent; ii autem, qui eos secuti sunt, non omnibus in rebus uni assentiebantur, sed, ubi eis quidquam displicebat, ad alias epitomas recurrebant, donec temporis decursu hic oreretur turbo rerum, qui nunc persaepe impedit, quominus sententia Herenniana in luce collocetur.

Pergo Epimeristae distinctiones enumerans: Ep. H. 131. *Εἵνεκα* (*Α* 214): ..... *εἵνεκα τοῦ οὕνεκα διαφέρει·* etc. *πάλιν τὸ ἕνεκα τοῦ χάριν διαφέρει.* Quae Epimerista hic habet in unum coniuncta, duobus locis exhibet Amm. 106 et 53. Utrum mutatio ab Ammonio, an a fonte Epimeristae, an ab ipso Epimerista stet, nescio. (cf. Pt. A § 41; § 203; Eran. Ph. 172; E. G. 187, 25; Tzetz. ap. Bachm. Sch. Il. Lips. p. 790; 822). — Ep. H. 10 *Ἀμύνειν*: (*Ζ* 463) *καὶ ἀμύνεσθαι διαφέρει· ἀμύνειν ἐστὶ τὸ βοηθεῖν, ἀμύνεσθαι δὲ τὸ προηδικηκότας κολάζειν.* (II) *καὶ πάλιν ἀμύναι καὶ ἐπαμύναι διαφέρει· ὅτι τὸ μὲν ἀμύναι τὸ ἀμείψασθαι σημαίνει τοὺς ἠδικηκότας, τὸ δὲ ἐπαμύναι τὸ βοηθῆσαι· καὶ Ὅμηρος· ἀλλ' ἐπάμυνον ὄφρα τάχιστα.* Quid differant inter se *ἀμύνειν* et *ἀμύνεσθαι*, v. Amm. 15; quid differant *ἀμῦναι* et *ἐπαμῦναι*, in libris synonymicis non invenitur, neque tamen ea distinctio brevi manu Herennio abiudicanda est. Nam Ammonius hic a genuina forma descivisse videtur. Amm. 31 *Βοηθεῖ μὲν ὁ συνών, Ἐπικουρεῖ δὲ ὁ ἔξωθεν εἰς βοήθειαν ἥκων· Συμμαχεῖ δὲ ὁ αὐτόθεν· Ὑπερμαχεῖ δὲ ὁ ἀδυνάτῳ χρησιμεύων· Ἀμύνει δὲ ὁ τιμωρούμενος ὑπὲρ τοῦ ἀπολωλότος.* Ammonius, ut nunc se habet, ipse sibi contradicit in voce *ἀμύνειν* explicanda, nam p. 31 *Ἀμύνει ὁ τιμωρούμενος ὑπὲρ τοῦ ἠδικηκότος*, p. 15 *Ἀμύνειν δὲ τὸ βοηθεῖν*; sed desunt quaedam apud Ammonium, nam Thom. M. 61 legitur. *Βοηθεῖ μὲν ὁ συνών τινι,*

ἐπικουρεῖ δὲ ὁ ἔξωθεν εἰς βοήθειαν ἥκων· καὶ συμμαχεῖ δὲ ὁ αὐτόθεν, ὑπερμαχεῖ δὲ ὁ ἀδυνάτῳ χρησιμεύων, ἀμύνει δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ πεπονθότος κακῶς τῷ δεδρακότι μαχόμενος· πάντα δὲ ταῦτα καὶ ἀντὶ βοηθεῖν ἁπλῶς λαμβάνεται. Haec ultima Thomae verba si Ammonio addas, omnia recte se habeant. Forsitan omnia illa cognatae significationis verba antea uno tractu distincta fuerint eorumque ex serie vox *ἐπαμῦναι* interciderit, cui rationi haudquaquam obloquitur, quod Epimerista sibi non constat; sed res nimis est dubia, quam ut longius in ea morari operae sit pretium. (cf. Eran. Ph. 159; E. G. 47, 8; E. M. 86, 49). — Ep. H. 347 *Παρὰ Θῖνα*: .... *αἰγιαλὸς μὲν οὖν κοινῷ ὀνόματι εἴρηται καὶ ἔστι παρὰ τὸ αἶαν ἐγγὺς ἁλὸς ἔχειν· ἔχει δὲ διαφορὰς γ'. ἀκτὴν καὶ θῖνα καὶ ῥηγμῖνα· ἀκτὴ μὲν οὖν εἴρηται ὁ πετρώδης αἰγιαλὸς, παρὰ τὸ ἄγνυσθαι καὶ κλᾶσθαι ἐκεῖ τὰ κύματα· θὶν ὁ εὔδιος καὶ ἥσυχος αἰγιαλός· παρὰ τὸ μετὰ γαλήνης καὶ νηνεμίας ἐκεῖσε τὰ κύματα ἀποτίθεσθαι· ῥηγμὶν δὲ ὁ πρὸς ἄνεμον αἰγιαλὸς παρὰ τὸ ῥήσσεσθαι ἐκεῖ τὰ κύματα*: Amm. 9 nimis pauca habet: *Ἀκταὶ καὶ Θῖνες διαφέρουσιν. Ἀκταὶ μὲν γάρ εἰσιν οἱ πετρώδεις τόποι τῆς θαλάσσης. Θῖνες δὲ, οἱ ἀμμώδεις.* Eran. Ph. 161 *Ἀκταὶ μὲν οἱ πετρώδεις τόποι ἐν τῇ θαλάσσῃ. Θῖνες δὲ, οἱ αἰγιαλοί.* Multo plura Herennii operi prisco tribuenda esse demonstrat Pt. A. § 14 *Ἀκταὶ μέν εἰσιν οἱ πετρώδεις τόποι παρακείμενοι τῇ θαλάσσῃ, ἀπὸ τοῦ ἄγνυσθαι τὰ κύματα ταῖς πέτραις προσαρμοζόμενα· Θῖνες δὲ, οἱ ἀμμώδεις αἰγιαλοί.* Haec Epimeristae distinctio aliqua cum specie veri tota ad Herennium Philonem referri potest. (cf. Sch. Il. Lips. *Α* 316; E. G. 452, 16; E. M. 651, 33). — Ep. H. 434 *Χαλκοχίτων* (*Α* 371): .... *διαφέρει χιτὼν καὶ χιτωνίσκος· ὅτι ἐπὶ μὲν τοῦ ἀνδρὸς λέγεται χιτὼν, ἐπὶ δὲ τῆς γυναικὸς χιτωνίσκος.* Epimerista locum,

quem sibi assumpsit, falso interpretatus esse videtur, nam ‚χιτωνίσκος' voce vestimentum virile significari, omnes constanter affirmant. Amm. 148 *Χιτώνιον καὶ Χιτωνίσκος διαφέρει· Χιτωνίσκος μὲν γὰρ ὁ τοῦ ἀνδρὸς χιτών· Χιτώνιον δέ, τὸ τῆς γυναικὸς ἔνδυμα.* Thom. M. 401, 4 *Χιτὼν ἐπὶ ἀνδρὸς — — χιτώνιον δὲ ἐπὶ γυναικός* etc. Eust. 1166, 51. *Σημείωσαι δὲ ὅτι περὶ χιτώνων καὶ τοιαῦτα οἱ παλαιοί· χιτὼν ὁ ζωστὸς καὶ γυναικεῖος· ὁ δὲ ἀνδρεῖος χιτωνίσκος, ὃ τινὲς ἐπενδύτην, τὸ δὲ βραχὺ χιτωνισκάριον· χιτώνιον δὲ καὶ χιτωνάριον λεπτὸν ἔνδυμα γυναικεῖον πολυτελές. Μένανδρος· λελουμένη γὰρ ἡ 'ταίρα, καὶ διαφανὲς χιτωνάριον ἔχουσα. Ἀριστοφάνης· ἐνδὺς τὸ γυναικεῖον τοδὶ χιτώνιον· ταῦτα Αἴλιος Διονύσιος* etc. Sch. Ar. Av. 946 *χιτωνίσκον: τὸ ὑποκοριστικὸν τοῦ χιτῶνος· ἐπεὶ ἀρσενικῶς μόνως χιτὼν λέγεται, ἐπὶ δὲ θηλυκοῦ χιτώνιον.* Ammonianus liber Herennii locum huc spectantem in brevius contraxisse videtur. Hoc ut credatur, suadet etiam alius Epimeristae locus; p. 357 legitur: *Πέπλος* (*E* 194): .... *διαφέρει πέπλος καὶ χιτών· χιτὼν λέγεται τὸ λινοῦν καὶ ἁπλοῦν περιβόλαιον· πέπλος δὲ τὸ ποικίλον καὶ γυναικεῖον ἱμάτιον.* Huius distinctionis nihil apud Amm. extat. Sed eam non ab Epimerista esse inventam, apparet ex Eust. 170, 5 *σημειοῦνται δὲ οἱ παλαιοὶ ἐπὶ ἀνδρὸς τὸν χιτῶνα λέγεσθαι, καθάπερ τὸν πέπλον ἐπὶ γυναικός* et ex Sch. Il. Lips. *B* 42 *χιτῶνα:* .... *ἰστέον δὲ ὅτι ἐπὶ μὲν ἀνδρὸς χιτῶνα λέγει, ἐπὶ δὲ γυναικὸς πέπλον.* (cf. E. G. 460, 10; E. M. 812, 16; Eust. 499, 4; 599, 40; imprimis autem E. G. 567, 6, ubi agitur de *χιτών* et *χιτωνίσκος* et *πέπλος* uno eodemque loco.) — Ep. H. 435 voces *χλαῖνα, χλαμύς, χλανίς* tractantur, aliter atque Amm. 146. Ne verbum quidem simile extat. Sed Epimeristae locus corruptus et ex uberiore in brevius contractus esse videtur, ut tamen ad fontem cum

Ammonio communem spectare possit (cf. Pt. A. § 90; E. G. 567, 12; E. M. 821, 21). — Ep. H. 221 *Κύρβεις: .... Ἐρατοσθένης τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι, οὐ τετραγώνους· Ἀριστοφάνης δὲ ὁμοίας αὐτὰς εἶναι τοῖς ἄξοσι, πλὴν ὅτι οἱ μὲν ἄξονες νόμους, αἱ δὲ κύρβεις θυσίας ἔχουσιν· ἀμφοτέρων δὲ τὸ κατασκεύασμα τοιοῦτο· πλινθίον τι μέγα* etc. Optime concinit cum Amm. 18 *Ἄξονες καὶ Κύρβεις διαφέρουσιν· οἱ μὲν Ἄξονες ἦσαν τετράγωνοι, οἱ δὲ Κύρβεις τρίγωνοι· καὶ οἱ μὲν Ἄξονες εἶχον τοὺς ἰδιωτικοὺς νόμους ἐγγεγραμμένους, οἱ δὲ Κύρβεις δημοσίας ἱεροποιΐας καὶ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτον.* Sed ab Ammonio testes omissi sunt, et verba mutata, quae apud Herennium quondam inveniebantur, siquidem hoc Epimeristae loco confidere licet (cf. Thom. M. 36; E. G. 355, 38; Cram. An. Ox. II, 455, 15; E. M. 547, 45; Bekk. Anecd. Lex. rhet. p. 274; Synag. lex. chres. p. 413; Sch. Ar. Av. 1354; Sch. Ap. Rhod. IV, 280 etc etc.) — Ep. H. 104 *Γεννῶ: τοῦ τίκτω διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν ἀρρένων τάσσεται, τὸ γεννᾶν δηλονότι, τὸ δὲ ἐπὶ τῶν θηλυκῶν, τουτέστι τὸ τίκτω· ἡ μέντοι ποιητικὴ χρῆσις τὸ τίκτειν καὶ γεννᾶν ἐπὶ ἀρρένων μόνον τάσσει*

τίκτε μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσιν.
σὺ γὰρ τέκες ἄφρονα κούρη.
ὤμοι ἐγὼ πανάποτμος ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ

etc. etc. Hanc distinctionem ab Ammonio omissam esse, cum in Herenniano opere extiterit, supra demonstratum est, cf. c. VII. Thom. M. 358, 15 *Τίκτειν κυρίως ἐπὶ γυναικός· τὸ δὲ γεννᾶν ἐπὶ ἀνδρὸς, ὅθεν καὶ γεννήτωρ ὁ πατήρ. Ὅμηρος δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρὸς τῷ τίκτειν ἐνίοτε χρῆται, ὡς ἔχει τό.*

ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς· καὶ τό.
τίκτει μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων·

(cf. Eust. 1567, 66; E. G. 123, 10). — Ep. H. 272

Μῆρα..... *διαφέρει δὲ τὸ ἀρσενικὸν τοῦ οὐδετέρου, ὅτι τὸ μὲν ἀρσενικὸν ὁ ποιητὴς τίθησιν καὶ ἐπὶ τῶν ἁγιαζομένων, ἤγουν θυομένων, καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπείων, ὡς τὸ ‚μηροὺς ἐξέταμον' καὶ ὡς τὸ ‚τοῖοί τοι Μενέλαε μιάνθην αἵματι μηροί.' τὸ δὲ οὐδέτερον ἐπὶ τῶν ἁγιαζομένων, καὶ μόνον. ὡς τὸ, αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη.* Hanc distinctionem ab Herennio tractatam esse ex Eranii schedis apparet, ubi v. p. 171 *Μηρία καὶ Μηρὸς διαφέρει. Μηρία μὲν γὰρ τὰ ἐναγιζόμενα τοῖς θεοῖς· Μηρὸς δὲ, τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα.* (cf. E. G. 392, 29; E. M. 585, 44).

Habet denique Epimerista distinctiones nonnullas, quarum ne vestigium quidem in collectionibus nostris synonymicis extat. Ep. H. 9. *Αὖτις*.... *καὶ τί διαφέρει τὸ αὖτις τοῦ πάλιν; ὅτι* etc. Observatio est Aristarchi. Lehrs. De Ar. stud. Hom. p. 91² (cf. Sch. Il. *E* 836; *E* 257; *Z* 189; *I* 56; *K* 281; Sch. Il. Lips. *B* 276; E. G. 249, 50; E. M. 171, 49). — Ep. H. 386 *Σῶμα* (Il *H* 79): .. *διαφέρει δέμας καὶ σῶμα· δέμας λέγεται* etc. Haec observatio et ipsa Aristarcho debetur. Similia admodum corrupta Ep. H. 114 (cf. Lehrs. De Ar. stud. Hom. p. 86²; Ap. Lex. Hom. 754; Sch. Il. *Δ* 115; E. G. 520, 8; Eust. 376, 3). — Ep. H. 20. *Αἰπόλιον* (*B* 474): ...... *διαφέρει ποίμνιον καὶ αἰπόλιον ὅτι* etc. (cf. Cram. An. Ox. II, 332, 27; Eust. 257, 26; Il. Sch. Lips. *B* 474; E. G. 20,40; Amm 9 *Αἰπόλος*). — Ep. H. 34. *Ἄρουρα* (*Δ* 174):..... *διαφέρει γῆ καὶ ἄρουρα* etc. (cf. E. G. 79, 57). — Ep. H. 140. *Εὔχομαι* (*A* 43): ..... *τί διαφέρει εὐχὴ καὶ προσευχή* etc. Haec distinctio hominem Christianum prodit (cf. E. G. 222, 53). — Ep. H. 175 *Ἕκαστος* (*A* 106):.... *διαφέρει ἕκαστος ἑκατέρου* etc. (cf. E. G. 175, 56; E. M. 320, 13). — Ep. H. 248; 414 distinguitur *οὗτος* ab *ἐκεῖνος*. — Ep. H. 179 *εἰς* ab *ἐς* et *πρός* distinguitur. — Ep. H. 357 *Πηός*

(*Γ* 163): ..... *τί διαφέρει πηὸς καὶ φίλος; φίλοι μὲν* etc. (cf. E. G. 466, 48; E. M. 669, 34; Eust. 388, 42; 1611, 21). — Ultimo loco quaedam, quibus similia iam in capitibus VI et VII inventa sunt, propono: Ep. H. 7 *Ἄχος* (*Α* 188).... *τὸ γενικόν ἐστιν ἡ λύπη· καὶ εἴδη αὐτῆς δ'. ἄχος· ἄχθος· φθόνος καὶ ἔλεος· ἄχος ἐστὶ λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα, ἄχθος λύπη βαροῦσα καὶ ἐνοχλοῦσα ἐπὶ ἀβουλίᾳ τῶν συμβαινόντων· φθόνος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ἔλεος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς· πάσχει γάρ τις καὶ σὺ ἐλεεῖς.* Ep. H. 263. *Λύπη: διαιρεῖται εἰς δ'. εἰς ἄχος· εἰς ἄχθος· εἰς φθόνον· εἰς ἔλεον· τί ἐστιν ἄχος; λύπη ἀφωνίας ἐμποιοῦσα· τί ἐστιν ἄχθος; λύπη βαροῦσα καὶ ἐνοχλοῦσα ἐπὶ ἀφορήτοις συμβάσεσι· τί ἐστι φθόνος; λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· τί ἐστιν ἔλεος; λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς.* Ep. H. 197 *Θυμός* (*Α* 136): .... *τί διαφέρει μῆνις· ὀργή· χολή· κότος· θυμός; μῆνις μέν ἐστιν ἡ ἐπίμονος ὀργὴ ἀπὸ τοῦ μένω· χόλος οἱονεὶ κίνησις τῆς χολῆς καὶ αὕτη ἐπ' ὀλίγον χρόνον γίνεται· κότος δὲ πολυχρόνιος μνησικακία, ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι· ὀργὴ ἡ ἐπ' ὀλίγον χρόνον, ἀπὸ τοῦ ὀργᾶν· θυμὸς δὲ ζέσις τοῦ περικαρδίου αἵματος, ἀπὸ τοῦ θύειν, τουτέστι μανικῶς ὁρμᾶν.* Ep. H. 429 *Φόβος* (*Δ* 440): .... *διαιρεῖται δὲ ὁ φόβος εἰς ἕξ· εἰς ὄκνον· εἰς ἔκπληξιν· εἰς κατάπληξιν· εἰς αἰδῶ· εἰς αἰσχύνην· εἰς ἀγωνίαν· τί ἐστιν ὄκνος; φόβος μελλούσης ἐνεργείας· μέλλων γάρ τις ποιεῖν φόβου ἄξιον ὀκνεῖ· τί ἐστιν ἔκπληξις; φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας γενόμενος· τί ἐστι κατάπληξις; φόβος ἐκ μεγάλης φαντασίας γενόμενος· τί ἐστιν αἰδώς; φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου· προσδοκῶν γάρ τις πρᾶξαί τι εἰς ψόγον καταλῆγον αἰδεῖται· τί ἐστιν αἰσχύνη; φόβος ἐπὶ αἰσχρῷ πράγματι πεπραγμένος· τί ἐστιν ἀγωνία; φόβος διαπτώσεως, τουτέστιν ἀποτυχίας· φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν ἀγωνιῶμεν· καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ δειλίαν.* Hanc synonymorum seriem nondum sum tractaturus, v. igitur infra.

IX. De Epimerismis editis a Cramero An. Ox. II, 331 sqq.

Nimis paucae sunt Herennianae distinctiones, multae propriae. Itaque hos Epimerismos paucis absolvam. 331, 25 *ἄμητος* et *ἀμητός* = Amm. 15; 335, 3 *εὐφυής* et *εὐματής* = Amm. 61; 339, 29 *ἄντικρυς* et *ἀντικρύ* = Amm. 17; 382, 15 *κραιπάλη* et *μέθη* = Amm. 85; 415, 9 *τέρας* et *σημεῖον* = Amm. 135. —

344, 22 *Αἰδῶ καὶ Αἰσχύνη*: *Διαφέρει· αἰδεῖται γάρ τις τὸν πατέρα σεβασμίως πρὸς αὐτὸν διακείμενον· αἰσχύνεται δέ τις ἐφ' ᾧ ἂν κατὰ συνήθειαν φωραθῇ ἁμαρτάνων.* Amm. 5 pro *σεβασμίως*: *σεβομένως*. Sed *σεβασμίως* tuentur Eran. Ph. 160 et Pt. A. § 84. — 379, 19 *Ἰσθμός*: *τί διαφέρει ἰδμὸς* (l. *ἰσθμὸς*) *καὶ πορθμός; διαφέρει· ἰσθμὸς λέγεται γῆ μεταξὺ δύο θαλασσῶν. πορθμὸς δὲ θάλασσα μεταξὺ δύο γαιῶν*, Amm. 76 aliter. Optime concinit Epimerista cum Eranio, apud quem p. 169 ita legitur: *Ἰσθμὸς καὶ Πορθμὸς διαφέρει. Ἰσθμὸς γὰρ ἡ μέσον δύο θαλασσῶν γῆ· Πορθμὸς δέ, ἡ μέσον δύο γαιῶν θάλασσα.* —

Ceterae Epimeristae distinctiones in Ammonii libro desunt: 332, 27 *αἰπόλιον ποίμνιον* (cf. Amm. 9); 351, 29 *βακτηρία ῥάβδος* (cf. Ep. Ps. 135); 358, 31 *δίκαιος ὅσιος*; 361, 9 *εὐδαιμονία εὐτυχία*; 368, 31 *ἐπίσκοπος κατάσκοπος*· 393, 10 *μώλωψ τραῦμα*; 400, 27 *πᾶς ὅλος*; 421, 23 *φάρμακον δηλητήριον*. —

Ne hoc quidem in libello desunt illa, quae iam in capitibus VI, VII, VIII adnotata sunt: 388, 16 *Λύπη*: — *διαιρεῖται* — *εἰς δ'· εἰς ἄχος· εἰς ἄχθος· εἰς φθόνον· εἰς ἔλεον· καὶ τί ἐστιν ἄχος; λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα· τί ἐστιν ἄχθος; λύπη ἐπὶ ἀδοκήτοις συμβάσεσιν· τί ἐστι*

φθόνος; λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· τί ἐστιν ἔλεος; λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. 422, 20. *Φόβος: εἰς πόσα διαιρεῖται; εἰς ἕξ. εἰς ὄκνον· εἰς ἔκπληξιν. εἰς κατάπληξιν. εἰς αἰδῶ. εἰς αἰσχύνην· καὶ εἰς ἀγωνίαν· καὶ τί ἐστιν ὄκνος; φόβος μελλούσης ἐνεργείας· τί ἐστιν ἔκπληξις; φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας γενόμενος· τί ἐστιν αἰδώς; φόβος ἐπὶ προσδοκείᾳ λόγων* (l. *ψόγων*). *τί ἐστιν αἰσχύνη; φόβος ἐπὶ αἰσχρῷ πράγματι πεπραγμένος· τί ἐστιν ἀγωνία; φόβος διαπτώσεως, τουτέστιν ἀποτυχίας· φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν τῆς πράξεως ἀγωνιῶμεν.* Ut tandem de hac notabili synonymorum serie iudicare liceat, nunc accedam ad Etymologicum Magnum.

X. De Etymologico Magno.

E. M. habet admodum pauca ad artem synonymicam spectantia, et ea ipsa per Epimerismos varios et alios doctrinae Herennianae secundarios fontes accepit. Literarum *α—ι* singulas distinctiones apud Ammonium extantes secundum indicem editionis Gaisfordianae requirens, haec inveni: E. M. 13, 22. *ἄγριος* et *ἀγρεῖος*. Inspice hunc locum, et statim eum non ex Ammonio haustum esse cognosces. (Amm. 3). E. M. 19, 27 *ἄεθλος* et *ἄεθλον* (Amm. 4). E. M. 40, 26 *αἰτῶ* et *αἰτοῦμαι* (Amm. 5). E. M. 774, 13 *αἰκία* et *ὕβρις*, addit Etymologus, ut fontem suum indicet *Ῥητορική*. (Amm. 9). E. M. 651, 35 *ἀκτή* et *θίς* et *ῥηγμίν*. An. Ox. 347 (Amm. 9). E. M. 62, 51 *ἀληθές* et *ἄληθες* (Amm. 10.). E. M. 145, 14 *ἁρματροχιά* et *ἁματροχιά* (Amm. 11). E. M. 83, 7 *ἀμητός* et *ἄμητος* An. Ox. II, 331. (Amm. 15). E. M. 114, 27 *ἄντικρυς* et *ἀντικρύ*. An. Ox. 443 (Amm. 17). E. M. 547, 50 *ἄξονες* et *κύρβεις*. An. Ox. 221; II, 455

(Amm. 18). E. M. 323, 38. Bekk. Anecd. Lex. rhet. 247, 10 (Amm. 19). E. M. 134, 57 ἀράχνη et ἀράχνης (Amm. 24) E. M. 149, 33 Ἄρρωστος: .... Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς· καὶ τὸ Ἀρρωδῶ εἰς τὸ Ὀρρωδῶ v. infra. E. M. 161, 12 ἀσφόδελος et ἀσφοδελός (Amm. 26). E. M. 162, 54 ἀτέχνως et ἀτεχνῶς (Amm. 26). E. M. 164, 3 ἀτιμάζω et ἀτιμῶ (Amm. 26). E. M. 169, 23 αὖθις et αὖθι (Amm. 27). E. M. 203, 31 Βοὸς πόδα: .... Καὶ εἰς τὰς Διαφορὰς, βοὸς πούς, ὁ τοῦ ζῶντος· Βόειος δὲ, ἐπὶ νεκροῦ. v. infra. E. M. 225, 29 γενέθλια et γενέσια (Amm. 34). E. M. 224, 43 γέλοιος et γελοῖος (Amm. 36). E. M. 481, 3 ἴψ et θρίψ et ἴξ et σής. (Amm. 74). 477, 22 ἰσθμός et πορθμός Cram. An. Ox. II, 379. (Amm. 76) etc. etc. Hucusque cum articulos Ammonianos cum Etymologico Magno comparavissem plurimique loci primo aspectu se ex aliis libris — non ex Ammonio — pendere prodidissent; ego inopia, quae hac in parte doctrinae grammaticae Etymologico Magno propria est perspecta, ab inutili labore totius voluminis pervolvendi destiti. Neque tamen eum librum praetermitto, quin aliquem fructum inde mihi decerpam. Citantur enim ab Etymologo nonnunquam ‚Διαφοραί‘ quaedam; qua voce cum librum synonymicum innui verisimile sit, accuratius indagem necesse erit, anne liber etiam nunc servatus significetur. E. M. 33, 51 Αἰκίζω: .... καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε αἰκίζω, καὶ Αἰκία, εἰς τὰς διαφόρους, ὕβρις. Nihil est, cur non spectet Etymologus ad Amm. 9 Αἰκίαι καὶ Ὕβρεις διαφέρουσιν etc. E. M.134, 5 Ἄρα: .... Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς. Locus potest spectare ad Amm. 23. E. M. 149, 33 Ἄρρωστος: ..... Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς. Locus potest spectare ad Amm. 24. E. M. 203,31 Βοὸς πόδα: οἱ μὲν Ἀττικοὶ ἐπὶ ζῶντος λέγουσιν, ἐπὶ δὲ τῶν τεθνηκότων βόειον πόδα φασίν· ὡς πατρὸς κλῆρον, ἐπὶ

ζῶντος· πατρῷον δέ, τελευτήσαντος. Παρ' Ὁμήρῳ δὲ συγχεῖται· οἷον ,Ὣς εἰπὼν ἔρριψε βοὸς πόδα' ἐπὶ τοῦ νεκροῦ· καὶ ἐπὶ ζῶντος, Ἂς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων.' Καὶ εἰς τὰς Διαφοράς, βοὸς πούς, ὁ τοῦ ζῶντος· βόειος δὲ ἐπὶ νεκροῦ. Ultima possunt spectare ad Amm. 31. E. M. 283, 15 Δόξα: .... Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς. Locus potest spectare ad Amm. 45. Δόξα καὶ Κλέος διαφέρει etc, E. M. 323, 37 Ἐκποίητος τῷ πατρί· καὶ ἐκποίητον γενέσθαι: Ἀποκηρυχθῆναι τοῦ γένους. Ἢ ὁ δοθεὶς ἑτέρῳ εἰς ποίησιν. Οἱ δὲ φασίν, Διαφέρει ἐκποίητος ἀποκηρύκτου. ὅτι ὁ μὲν ἀποκήρυκτος ἐπὶ κολάσει ἐκβάλλεται· ὁ δὲ ἐκποίητος ὑπὸ τοῦ φύσει πατρὸς δίδοται εἰς ἕτερον οἶκον πρὸς θέσιν, Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς. Potest locus spectare ad Amm. 19. E. M. 601, 17 Νεοσσός ...... Ἐκ τούτου καὶ τὸ νοσσίον. Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς. Admodum dubium esse videtur, num referri possit ad Ammonium, apud quem unus similis locus exhibetur p. 145. Φωλεὸς καὶ Κοίτη διαφέρει. Φωλεὸς μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν ἑρπετῶν τάσσεται· Κοίτη δέ, ἐπὶ ἀνθρώπων. ὥστε ἐπὶ μὲν τῶν ἑρπετῶν ῥητέον τὸ Φωλεύειν. ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, τὸ Κοιτάζειν· ἐπὶ δὲ τῶν ὀρνέων, τὸ Νοσσεύειν. ὁ γοῦν λέγων Νοσσιὰν τῶν τέκνων, ἀκυρολογεῖ. Τέκνα μὲν γὰρ ἀνθρώπων· Νοσσοὶ δ' ὀρνίθων· Νεβροὶ δ' ἐλάφων· Σκύμνοι δέ, λεόντων· Σκύλακες δέ, κυνῶν. E. M. 633, 38 Ὀρρωδῶ καὶ Ἀρρωδῶ: Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς. Locus potest spectare ad Amm. 25. E. M. 682, 25 Πονηρεύω: παρὰ τὸ πονηρὸς πονηρεύω· καὶ εἰ μὲν κατὰ ψυχήν, πονηρός, ὀξυτόνως· εἰ δὲ κατὰ τὸ σῶμα, πόνηρος, βαρύνεται· ἐξ οὗ καὶ τὸ ,Ἰὼβ ἔπαισεν ἕλκει πονήρῳ.' Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς. Locus spectare potest ad Amm. 116. Hoc igitur confidenter ponendum est, auctori Etymologici Magni in condendo opere Ammonii simillimum librum synonymicum in manibus fuisse; atque hunc librum haud raro Ammonio multo pleniorem

fuisse, ceteri, quibus *Διαφοραί* illae citantur, loci manifestant. Sed eorum locorum unus pertinet ad distinctionem ab Ammonio eiusque auctore Herennio plane abhorrentem: E. M. 590, 32 *Μοναχός: ...... Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς.* Distinctionem vocum *μόνος* et *μοναχός* inveniri Ep. Ps. 183 meminimus. Nullo igitur modo negari potest, hanc differentiam in nonnullis collectionibus synonymicis extitisse, non minus autem eas collectiones, quamvis multa ex Herennio sublegerint, nonnunquam ab eo aliena exhibuisse apparet. Itaque saepe dubitatio orietur, utrum quid, quod in epitomis nostris operis Herenniani deest, ab epitomatoribus omissum sit, an additamentum ab Herennio alienum habendum sit. Quod cadit in duos E. M. locos: 348, 19 *Ἐξηγηταί: ...... Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς* et 349, 15 *Ἐξοστρακισμός ... Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς.* His enim in epitomis vel Ammoniana vel Ptolemaeea vel Eraniana nihil respondet. Unus deest locus, ubi illae *Διαφοραί* occurrant. E. M. 458, 20 *Θυμός: .... Ποιοῦ εἴδους τῶν ὑποπεπτωκότων τῷ ὀνόματι; εἰ μὲν σημαίνει τὴν ψυχὴν, γενικοῦ. εἰ δὲ σημαίνει τὴν ὀργὴν, εἰδικοῦ. Διαφέρει γὰρ ὀργή, μῆνις, κότος, χόλος, θυμός. Ζήτει εἰς τὰς Διαφοράς.* Amm. 72 *Θυμὸς μέν ἐστι πρόσκαιρος· Ὀργὴ δὲ, πολυχρόνιος μνησικακία.* Mecum vix credideris, Etymologum illum tenuem Ammonii locum mente amplexum esse, immo eum ad ampliorem quendam locum spectavisse, cum, ut ipse explicatione illarum vocum supersederet, ad librum illum, ‚*Διαφοραί*‘ inscriptum provocaret. Iam vero, si distinctionem vocum *μῆνις, ὀργή, χόλος, κότος, θυμός* libro synonymico deberi poneremus, nonne idem statuendum esset de quibusdam simillimis? Vide modo E. M. 571, 55 *Λύπη: .... διαιρεῖται — εἰς δ'· εἰς ἄχος· εἰς ἄχθος, φθόνον καὶ ἔλεον* et E. M. 797, 51 *Φόβος .... εἴδη —*

αὐτοῦ ἕξ. Utroque loco pariter atque illo tertio, ubi diserte librum synonymicum in testimonium vocat, ea, quae alibi facile inveniri sciebat, fusius tractare Etymologus noluit. Nunc autem in memoriam tibi revoces quos capita VI sqq. plene descriptos exhibent locos Ep. Ps. 144 *διαιρεῖται δὲ λύπη εἰς δ', εἰς ἄχος, εἰς ἄχθος, εἰς φθόνον καὶ εἰς ἔλεον* etc. An. Paris IV. *Τῆς λύπης εἰσὶν εἴδη τέσσαρα· ἄχος, ἄχθος, φθόνος, οἶκτος* etc. *τοῦ φόβου πάλιν εἴδη ἕξ· ὄκνος, αἰδώς, αἰσχύνη, κατάπληξις, ἔκπληξις, ἀγωνία·* etc. An. Ox. I, 7 *Ἄχος .... τὸ γενικόν ἐστιν ἡ λύπη καὶ εἴδη αὐτῆς δ'· ἄχος· ἄχθος· φθόνος καὶ ἔλεος·* etc. I, 263 *Λύπη: διαιρεῖται εἰς δ'. εἰς ἄχος· εἰς ἄχθος· εἰς φθόνον· εἰς ἔλεον·* etc. I, 197 *Θυμός ..... τί διαφέρει μῆνις· ὀργή· χολή· κότος. θυμός;* etc. I, 429. *Φόβος: — διαιρεῖται δὲ ὁ φόβος εἰς ἕξ· εἰς ὄκνον· εἰς ἔκπληξιν· εἰς κατάπληξιν· εἰς αἰδῶ· εἰς αἰσχύνην· εἰς ἀγωνίαν* etc. An. Ox. II, 388 *Λύπη: — διαιρεῖται — εἰς δ'· εἰς ἄχος· εἰς ἄχθος· εἰς φθόνον· εἰς ἔλεον* etc. II, 422 *Φόβος: εἰς πόσα διαιρεῖται; εἰς ἕξ· εἰς ὄκνον· εἰς ἔκπληξιν· εἰς κατάπληξιν· εἰς αἰδῶ· εἰς αἰσχύνην. καὶ εἰς ἀγωνίαν* etc. Unum nunc addam locum Boiss. Anecd. I, 411 *Τί διαφέρει ἐχθρός, πολέμιος, δυσμενής; Ἐχθρὸς λέγεται ὁ ποτὲ φίλος· πολέμιος δὲ, ὁ μετὰ ὅπλων εἰς σὸν πέλας χωρῶν· δυσμενὴς δὲ, ὁ χρονίαν πρὸς τὸν ποτὲ φίλον ἔχθραν διατηρῶν.* = Amm. 64. Sequitur nullo spatio interiecto: *Τί ἐστιν ὄκνος; ἀναβολὴ μελλούσης ἐνεργείας. Τί ἐστιν ἔκπληξις; ἀσυνήθης θέα. Τί ἐστι κατάπληξις; μεγάλης φαντασίας ἰδέα. Τί ἐστιν αἰδώς; δειλία, προσδοκωμένου τινὸς ἐναντίου. Τί ἐστιν αἰσχύνη; ἐντροπὴ ἐπὶ αἰσχρῷ πράγματι. Τί ἐστιν ἀγωνία; θόρυβος ἀποτυχίας.* Hos locos collustrans mecumque reputans harum distinctionum seriem, ubicunque doctrinae Herennianae vestigia exstant, et ipsam inveniri, Etymologo-

que teste similia in collectione quadam synonymica extitisse, non video, quomodo res explicetur, nisi libro Herenniano, nunc non servato, ea deberi ponitur. Tum vero epitomatorem Ammonianum hac parte nihil nisi paucas guttulas ex admodum amplo fonte intercepisse putandum est. Quid? si hae guttulae ipsae hodiedum fontem integriorem sapiant? Et hercle sapiunt. Nam praeter Amm. 72 *Θυμὸς μέν ἐστι πρόσκαιρος. Ὀργὴ δὲ πολυχρόνιος μνησικακία* vide Amm. 65. *Ζῆλος μέν ἐστι λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, οἷα καὶ ἑαυτῷ τις ἐπιθυμεῖ περιποιῆσαι*, quem articulum sequitur alius *Ζήλου τρία εἴδη. ὁ μὲν γάρ ἐστι Μακαρισμὸς, καθά καί φησί τις· Ζηλοῦ τὸν τοῦ δεῖνα ἐπὶ τῷδε· δεύτερος, καθὸ ζηλωτής τινος λέγεται· οἷον Θησεὺς Ἡρακλέους· τρίτος δὲ, ὁ φθόνῳ ὅμοιος.* Tali modo de voce *ζῆλος* egisse auctorem, qui differentias verborum tractandas sibi proposuit, credi omnino non potest. Habes hic fortasse disiecta quaedam membra corporis Herenniani. Herennium certe ab his, de quibus agitur, definitionibus philosophicis haud alienum fuisse apparet ex Ammonii loco p. 145 ubi voces *χαρά, εὐφροσύνη, τέρψις, εὐθυμία, ἡδονή, ἀπόλαυσις* secundum notionem, quam habent, definiuntur. Ita igitur statuo, divisiones illas vocum *λύπη, ὀργή, φόβος* in opere synonymico Herennii Philonis extitisse, ab epitomatoribus vero, quorum libri ad hanc aetatem servati sunt, omissas esse. Herennius autem haudquaquam talia primus invenit, sed iampridem in philosophorum scholis ea tractari solita erant, atque omnium maxime Stoici similibus distinctionibus enucleandis operam dedisse videntur. Fere omnia illa, quae Epimerismi Homerici, Epimerismi in Psalmos ceteri huc spectantia habent, similibus verbis expressa inveniuntur apud Diog. Laert. VII, 64, apud Nemesium *π. φυσ. ἀνθ.* ed Matthaei

p. 229 sqq. (*Κεφ. ιθ.' περὶ λύπης* p. 229. *Κεφ. κ'. περὶ φόβου* p. 231. *Κεφ. κα'. περὶ θυμοῦ* p. 234), apud Andronic. Rhod. *π. παθ.* ed. Heins. p. 523 sqq. apud Stob. Eth. rec. Meinek. p. 48 sqq. apud Joann. Damasc. Fid. Orthod. II, 15 et 16 (cf. Suid. I, 645, 3; II 1518, 13. Hic plerumque cum Diog. Laert. consentit. Zonar 1058; 1815. E. G. 555, 8; 266, 59; 341, 5; 100, 15. Etymologici Gud. loci ex Epimerismis sumpti sunt.)

XI. De Photio.

Photius in Bibl. Cod. CLII. se Aelii Dionysii Lexicon legisse testatur, illudque Lexicon ut librum optimae notae sermonis Attici studiosis commendat. Cum vero proprium conderet Lexicon Photius, Dionysii locos diligentissime transscripsisse videtur; in capite autem huiusce opusculi primo Aelium Dionysium nonnulla Ammonii simillima habuisse demonstratum est, itaque cum Photius haud paucas distinctiones Ammonii simillimas tractet, quaestio oritur, utrum ea omnia ad Aelium Dionysium referenda sint, an Patriarcha libro synonymico usus sit. Est autem verisimillimum, Photium omnia Ammonii similia Dionysio debere. (Ea ante me Naberi sententia fuisse videtur; cf. Praef. in Phot. Lex. § 4 et § 8.) Hoc ut et ipse credas, confer Phot. p. 289, cum Amm. p. 118, necnon cum Ael. Dion. apud Eust. p. 405, 36. His tribus locis de distinctione vocum *πρόξενος, ἀστόξενος, ἰδιόξενος, δορύξενος* agitur. Sunt autem tres illi loci simillimi, neque id mirum est, nam communis eorum fons est Aristophanes Byzantius, quem vide Miller Mél. de lit. gr. 433, 3. Photius autem Aristophanis librum non vidit; cum Ammonio praeter similitudinem, quae

locis de eadem re agentibus esse solet, nihil habet commune; contra optime consentit cum Aelio, cuius ne verbum quidem mutasse videtur. Quoniam ideo hoc loco apparet, quam religiose auctorum suorum vel singula verba transscripserit in librum suum Photius; ubicunque eandem rem quam Ammonius explicavit, tractans aliis verbis utitur, Photium ex aliis fontibus hausisse mihi persuasum est. Plerumque autem Photius ita verba facit, ut quamvis sit similis distinctio, ab Ammonio plus minusve recedat; iam vero hoc cum in Photio, qua est religiositate in auctoribus suis describendis, nullo modo expediri possit, si Ammonius fons habeatur, ita opinor et Herennium et Dionysium multa petiisse ex Tryphone, Didymo ceteris, ex Herennii opere plurima in nostrum Ammonium, ex Aelii opere multa in Photium transiisse. Haec igitur hactenus. Nunc colloco Photii Ammoniique similes locos. Ed. Naber. p. 202. *ἀγχιστεῖς, συγγενεῖς, οἰκεῖοι.* Amm. 3; 204. *ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης* Amm. 4; 216 *ἑστιάτωρ, δαιτυμών* Amm. 60; 218 *ἐσχάρα, βωμός* Amm. 32; 226 *εὐθύς, εὐθύ*, 228 *εὐθύς, εὐθέως* Amm. 62; 266 *Δάματερ, Δήμητερ* Amm 40; 271 *θαλάμαι θαλαμαί* Amm. 68; 289 *ἰδιόξενος, πρόξενος, ἀστόξενος, δορύξενος* Amm. 118; 298 *ἰσθμός, πορθμός* = Eran. Ph. 169 cf. Phot. II, 100 = Amm. 76; 360 *κύρβεις ἄξονες* Amm. 18; 399 *λυχνοῦχος φανός* Amm. 90; 425 *μιστήτη μιστητὴ* Amm. 94; II, 68 *πολίτης, πατριώτης* Amm. 115; II, 68 *πατρῷα, πάτρια, πατρικά* Amm. 111; II, 117 *πρυτανεία πρυτανεῖα* Amm. 119; II, 122 *ἐρωτᾶν, πυνθάνεσθαι* Amm. 57; II, 129 *ῥάφανος, ῥαφανίς* Amm. 122; II 153 *σίκιννις, ἐμμέλεια, κόρδαξ* Amm. 83; II, 173 *σταθείς, στάς* Amm. 123; II, 179 *στρατός, στρατόπεδον* Amm. 130; II, 236 *ὕβρις, αἰκία* Amm. 9; 254 *φακῆ φακός* Amm. 141; II, 257 *φασκώλιον, φάσκωλον* Amm. 141;

(*Γ* 163): ..... *τί διαφέρει πηὸς καὶ φίλος; φίλοι μὲν* etc. (cf. E. G. 466, 48; E. M. 669, 34; Eust. 388, 42; 1611, 21). — Ultimo loco quaedam, quibus similia iam in capitibus VI et VII inventa sunt, propono: Ep. H. 7 *Ἄχος* (*A* 188).... *τὸ γενικόν ἐστιν ἡ λύπη· καὶ εἴδη αὐτῆς δ'. ἄχος· ἄχθος· φθόνος καὶ ἔλεος· ἄχος ἐστὶ λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα, ἄχθος λύπη βαροῦσα καὶ ἐνοχλοῦσα ἐπὶ ἀβουλίᾳ τῶν συμβαινόντων· φθόνος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ἔλεος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς· πάσχει γάρ τις καὶ σὺ ἐλεεῖς.* Ep. H. 263. *Λύπη: διαιρεῖται εἰς δ'. εἰς ἄχος· εἰς ἄχθος· εἰς φθόνον· εἰς ἔλεον· τί ἐστιν ἄχος; λύπη ἀφωνίας ἐμποιοῦσα· τί ἐστιν ἄχθος; λύπη βαροῦσα καὶ ἐνοχλοῦσα ἐπὶ ἀφορήτοις συμβάσεσι· τί ἐστι φθόνος; λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· τί ἐστιν ἔλεος; λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς.* Ep. H. 197 *Θυμός* (*A* 136): .... *τί διαφέρει μῆνις· ὀργή· χολή· κότος· θυμός; μῆνις μέν ἐστιν ἡ ἐπίμονος ὀργὴ ἀπὸ τοῦ μένω· χόλος οἱονεὶ κίνησις τῆς χολῆς καὶ αὕτη ἐπ' ὀλίγον χρόνον γίνεται· κότος δὲ πολυχρόνιος μνησικακία, ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι· ὀργὴ ἡ ἐπ' ὀλίγον χρόνον, ἀπὸ τοῦ ὀργᾶν· θυμὸς δὲ ζέσις τοῦ περικαρδίου αἵματος, ἀπὸ τοῦ θύειν, τουτέστι μανικῶς ὁρμᾶν.* Ep. H. 429 *Φόβος* (*Δ* 440): .... *διαιρεῖται δὲ ὁ φόβος εἰς ἕξ· εἰς ὄκνον· εἰς ἔκπληξιν· εἰς κατάπληξιν· εἰς αἰδῶ· εἰς αἰσχύνην· εἰς ἀγωνίαν· τί ἐστιν ὄκνος; φόβος μελλούσης ἐνεργείας· μέλλων γάρ τις ποιεῖν φόβου ἄξιον ὀκνεῖ· τί ἐστιν ἔκπληξις; φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας γενόμενος· τί ἐστι κατάπληξις; φόβος ἐκ μεγάλης φαντασίας γενόμενος· τί ἐστιν αἰδώς; φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου· προσδοκῶν γάρ τις πρᾶξαί τι εἰς ψόγον καταλῆγον αἰδεῖται· τί ἐστιν αἰσχύνη; φόβος ἐπὶ αἰσχρῷ πράγματι πεπραγμένος· τί ἐστιν ἀγωνία; φόβος διαπτώσεως, τουτέστιν ἀποτυχίας· φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν ἀγωνιῶμεν· καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ δειλίαν.* Hanc synonymorum seriem nondum sum tractaturus, v. igitur infra.

IX. De Epimerismis editis a Cramero An. Ox. II, 331 sqq.

Nimis paucae sunt Herennianae distinctiones, multae propriae. Itaque hos Epimerismos paucis absolvam. 331, 25 ἄμητος et ἀμητός = Amm. 15; 335, 3 εὐφυής et εὐματής = Amm. 61; 339, 29 ἄντικρυς et ἀντικρύ = Amm. 17; 382, 15 κραιπάλη et μέθη = Amm. 85; 415, 9 τέρας et σημεῖον = Amm. 135. —

344, 22 *Αἰδῶ καὶ Αἰσχύνη*: *Διαφέρει· αἰδεῖται γάρ τις τὸν πατέρα σεβασμίως πρὸς αὐτὸν διακείμενον· αἰσχύνεται δέ τις ἐφ' ᾧ ἂν κατὰ συνήθειαν φωραθῇ ἁμαρτάνων.* Amm. 5 pro σεβασμίως: σεβομένως. Sed σεβασμίως tuentur Eran. Ph. 160 et Pt. A. § 84. — 379, 19 *Ἰσθμός*: *τί διαφέρει ἴδμὸς* (l. ἰσθμὸς) *καὶ πορθμός; διαφέρει· ἰσθμὸς λέγεται γῆ μεταξὺ δύο θαλασσῶν. πορθμὸς δὲ θάλασσα μεταξὺ δύο γαιῶν*, Amm. 76 aliter. Optime concinit Epimerista cum Eranio, apud quem p. 169 ita legitur: *Ἰσθμὸς καὶ Πορθμὸς διαφέρει. Ἰσθμὸς γὰρ ἡ μέσον δύο θαλασσῶν γῆ· Πορθμὸς δέ, ἡ μέσον δύο γαιῶν θάλασσα.* —

Ceterae Epimeristae distinctiones in Ammonii libro desunt: 332, 27 *αἰπόλιον ποίμνιον* (cf. Amm. 9); 351, 29 *βακτηρία ῥάβδος* (cf. Ep. Ps. 135); 358, 31 *δίκαιος ὅσιος*; 361, 9 *εὐδαιμονία εὐτυχία*; 368, 31 *ἐπίσκοπος κατάσκοπος*· 393, 10 *μώλωψ τραῦμα*; 400, 27 *πᾶς ὅλος*; 421, 23 *φάρμακον δηλητήριον*. —

Ne hoc quidem in libello desunt illa, quae iam in capitibus VI, VII, VIII adnotata sunt: 388, 16 *Λύπη*: — *διαιρεῖται* — *εἰς δ'· εἰς ἄχος· εἰς ἄχθος· εἰς φθόνον· εἰς ἔλεον· καὶ τί ἐστιν ἄχος; λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα· τί ἐστιν ἄχθος; λύπη ἐπὶ ἀδοκήτοις συμβάσεσιν· τί ἐστι*

προβεβηκώς etc. Amm. 35; E. G. 125, 2 *γῆμαι, γήμασθαι* Amm. 36; E. G. 129, 1 *γράμμα, στοιχεῖον* Amm. 37; E. G. 132, 46 *δαί, δέ* Amm. 39; XXX; E. G. 134, 3 *δάμαλις, δαμάλη* Amm. 39; E. G. 137, 3 *δειρί, αὐχήν* Amm. 27; E. G. 141, 28 *Δήμητερ Δάματερ* Amm. 40; E. G. 142, 43 *διαβόητος, ἐπιβόητος* Amm. 42; E. G. 145, 57 *διέφθαρται, διέφθορε* Amm. 41; E. G. 146, 12 *δικαστής, διαιτητής* Amm. 41; E. G. 147, 51 *διπλοῦν διπλάσιον* Amm. 42, 43; E. G. 148, 30 *διφθέρα, μηλωτή* Amm. 43; E. G. 148, 40 *διχότομος, διχοτόμος* Amm. 43; E. G. 149, 21 *δοάσσατο, δοιάσσατο* Amm. 44; XL; E. G. 152, 9 *δύναμις, ἰσχύς* Amm. 45; E. G. 154, 16 *δυσπειθής, ἀπειθής* Amm. 45; E. G. 157, 26 *ἐγγυᾷ ἐγγυᾶται* Amm. 46; E. G. 169, 3 *εἵνεκα, οὕνεκα* Amm. 106; E. G. 178, 61 *ἐκεῖσε ἐκεῖ* Amm. 47; E. G. 181, 1 *ἐλέατρος, ἐδέατρος* Amm. 48; E. G. 186, 43 *ἔνδον, ἔσω* Amm. 50; E. G. 187, 1 *ἔνδοξος ἐπίδοξος* Amm. 53; E. G. 189, 5 *ἐνθύμημα, ἐνθύμιον* Amm. 52; E. G. 192, 20 *ἐξανέψιοι, ἐξανεψιοί* Amm. 54; L; E. G. 195, 33 *ἐοικότα, εἰκότα* Amm. 54; E. G. 196, 18 *ἐπαγγελία ὑπόσχεσις* Amm. 139; E. G. 199, 3 *ἐπιβόητος, διαβόητος* Amm. 42; E. G. 199, 43 *ἔνδοξος, ἐπίδοξος* Amm. 53; E. G. 200, 15 *ἐπιθαλάμιον, γαμήλιον* Amm. 36; E. G. 119, 23 *γαμήλιον ἐπιθαλάμιον* Amm. 36; E. G. 200, 30 *ἐπικήδειον, θρῆνος* Amm. 54; E. G. 201, 5 *ἐπιμαχεῖν, συμμαχεῖν* Amm. 131; E. G. 202, 27 *ἐπιστεῖλαι ἐπισχῆψαι* Amm 55; E. G. 202, 42 *ἐπιστραφής, εὐστραφής* Amm. 55; LX; E. G. 203, 1 *ἐπιτήδευμα, τέχνη* Amm 134; E. G. 203, 27 *ἐπίτιμος ἐπιτίμιος* Amm. 56, 16; E. G. 203, 31 *ἐπιτίμιον ἐπίτιμον* Amm. 56, 5; E. G. 204, 26 *ἐρᾶν, ποθεῖν* (l. pro *ἐπιθυμεῖν* Amm. 59); E. G. 207, 40 *ἐρίζω, ζηλῶ* Amm. 64; E. G. 211, 25 *ἔρως πόθος* Amm. 59; E. G. 211, 31 *ἐρωτᾶν πυνθάνεσθαι* Amm. 57 (cf. Amm. 59); E. G. 211, 36 *ἐρώτησις, πύστις,*

ἀνάκρισις Amm. 59; E. G. 212, 57 ἑσπέρα ὀψέ Amm. 60; E. G. 213, 3 ἔσται, γενήσεται Amm 60; LXX; E. G. 213, 26 ἑστιάτωρ, δαιτυμών Amm. 60; E. G. 213, 28 ἑστία, ἐσχάρα, μέγαρον Amm 32; E. G. 214, 51 ἑταῖρος, φίλος Amm 60; E. G. 215, 11 ἕτερος ἄλλος Amm. 61; E. G. 215, 13 ἑτερόφθαλμος μονόφθαλμος Amm. 60; E. G. 218, 21 εὐθύς, εὐθύ, εὐθέως Amm. 62; E. G. 221, 41 εὐθύς, εὐθύ, εὐθέως Amm. 62; E. G. 218, 28 εὐθύς, εὐθύ Amm. 63; E. G. 219, 12 εὔμορφος, εὐειδής Amm. 61; E. G. 220, 11 εὑρεῖν, εὑρέσθαι Amm. 61; LXXX; E. G. 222, 43 εὐφυής, εὐμαθής Amm. 61; E. G. 226, 14 ἐχθρός, πολέμιος, δυσμενής Amm. 64; E. G. 231, 7 ζῆλος, ζηλοτυπία Amm 64; E. G. 231, 12 ζῆλος, φθόνος Amm. 64; E. G. 231, 16 ζηλῶσαι, ἐρίσαι Amm. 64; E. G. 249, 7 ἦσθα, ἧς Amm. 66; E. G. 253, 15 θαλάμαι, θαλαμαί Amm. 68; E. G. 256, 5 θαυμάζω Amm. 68; E. G. 256, 33 θεημαχία, θεομαχία Amm. 68; E. G. 259, 51 θέσθαι, ὑποθέσθαι Amm. 70; XC; E. G. 260, 44 θεωρός, θεατής Amm. 68; E. G. 262, 21 θής, λάτρις, ἄτμενος Amm. 71; E. G. 266, 24 θύεσθαι, σφάττεσθαι Amm. 72; E. G. 275, 9 ἱκέσθαι ἀφικέσθαι Amm. 73; E. G. 282, 48 ἰσθμός, πορθμός Amm. 76; E. G. 284, 51 Ἰταλοί, Ἰταλιῶται Amm. 77; E. G. 293, 49 καιρός, χρόνος Amm. 79; E. G. 306, 27 κατοίκισις, κατοίκησις Amm. 77; E. G. 321, 23 κιβωτός, κίστη Amm. 82; E. G. 321, 43 κίθαρις, κιθάρα Amm. 82; C; E. G. 347, 41 κρίνειν, διακρίνειν Amm. 85; E. G. 351, 48 κύειν, τίκτειν Amm. 85; E. G. 356, 3 κύριος δεσπότης Amm. 86; E. G. 363, 41 λαχεῖν, κληρώσασθαι Amm. 86; E. G. 367, 37 λέχος, εὐνή Amm. 88; E. G. 372, 38 λόγος ποίησις Amm. 90; E. G. 372, 55 λογογράφος, λογοποιός Amm. 90; E. G. 375, 13 λυχνίον, λύχνος Amm. 90; E. G. 380, 56 μάρτυς ἔλεγχος Amm. 91;

E. G. 384, 36 *μειράκιον, μεῖραξ* Amm. 93; CX; E. G. 388, 28 *μεταβαλεῖν, μεταμορφοῦσθαι, ἀλλοιοῦσθαι, ἑτεροιοῦσθαι* Amm. 92; E. G. 395, 23 *μισητή, μισήτη* Amm. 94; E. G. 395, 54 *μνήμη, μνεία* Amm. 95; E. G. 403, 38 *νεαρόν, πρόσφατον, νεαλές* Amm. 97; E. G. 417, 32 *ὀβελός ὀβολός* Amm. 100; E. G. 419, 2 *ὅδε, ὁδί* Amm. 100; E. G. 421, 22 *οἰκῆες, οἰκεῖοι* Amm. 100; E. G. 421, 37 *οἴκαδε, εἰς οἶκον* (ita l. pro *οἴκοι*) Amm. 102; E. G. 421, 42 *οἴκαδε, εἰς οἶκον* Amm. 102; E. G. 422, 5 *οἶκτος οἰκτισμός* Amm. 102; CXX; E. G. 422, 10 *οἶμος, οἴμη* Amm. 102; E. G. 425, 36 *ὀλίγον, μικρόν* Amm. 103; E. G. 425, 56 *ὅλμος ὅρμος* Amm. 104; E. G. 432, 58 *ὁρᾶν, ὑπερορᾶν* Amm. 104; E. G. 435, 40 *ὀρνιθευτής, ὀρνιθοσκόπος* Amm. 104; E. G. 438, 39 *ὅτι, διότι* Amm. 105; E. G. 439, 12 *οὐδέν, οὐθέν* Amm. 105; E. G. 439, 39 *οὐδέν, οὐθέν* Amm. 105; E. G. 440, 4 *οὔκουν, οὐκοῦν* Amm. 105; E. G. 440, 17 *οὐλή, ὠτειλή* Amm. 107; CXXX; E. G. 443, 18 *οὗτος οὑτοσί* Amm. 106; E. G. 443, 49 *ὄφλημα, χρέος* Amm. 107; E. G. 444, 14 *ὀφλεῖν, ὀφείλειν* Amm. 107; E. G. 445, 27 *ὄχθοι, ὄχθαι* Amm. 108; E. G. 447, 5 *παῖς, ἀντίπαις, βούπαις* Amm. 109; E. G. 447, 8 *παίδευσις, παιδεία* Amm. 110; E. G. 447, 34 *παιδίσκη, παῖς* Amm. 110; E. G. 453, 50 *παρέχειν παρέχεσθαι* Amm. 108; E. G. 454 11 *παρθενία σωφροσύνη* Amm. 110; E. G. 455, 5 *πάσχειν, συμπάσχειν* Amm. 110; CXL; E. G. 455, 35 *πατρῷα, πατρικά, πάτρια* Amm. 111; E. G. 457, 20 *πεῖρα πήρα* Amm. 112; E. G. 458, 17 *πελαστής, πενεστής* Amm. 111; E. G. 459, 10 *πένης, πτωχός* Amm. 111; E. G. 465, 16 *πηδάλιον, πληθρίον* (ita l. pro *πλήεργον*) Amm 112; E. G. 469, 33 *πλεῖν, ἀποπλεῖν, περιπλεῖν παραπλεῖν* Amm. 113; E. G. 471, 51 *πλῆμαι, πλῆμναι* Amm. 114;

E. G. 472, 21 *ποιεῖν, περιποιεῖν* Amm. 116; E. G. 473, 28 *πολεμικός, αἰχμητής* Amm. 114; E. G. 473, 41 *πόλις, ἄστυ* Amm. 115; CL; E. G. 473, 50 *πολίτης, πατριώτης* Amm. 115; E. G. 475, 21 *πομπή, πομπεία* Amm. 115; E. G. 475, 57 *πορθμός, ἰσθμός* Amm. 76; E. G. 478, 42 *πρεσβεύεσθαι, πρεσβεύειν* Amm. 120; E. G. 481, 19 *πρὸ μοίρας, πρὸ ὥρας* Amm. 120; E. G. 481, 29 *πρόξενος, ἰδιόξενος, ἀστόξενος, δορύξενος,* Amm. 120; E. G. 481, 62 *πρότερος, πρῶτος* Amm. 120; E. G. 483, 11 *προτέρα προτεραία* Amm. 119; E. G. 491, 34 *ῥεῖθρον, ῥεῦμα* Amm. 122; E. G. 491, 43 *ῥέφανον, ῥάφανον,* Amm. 122; CLX; E. G. 493, 17 *ῥίς, ῥύγχος* Amm. 123; E. G, 493, 19 *ῥίς, μυκτήρ* Amm. 123; E. G. 493, 45 *ῥοιά, ῥοά* Amm. 123; E. G. 494, 17 *ῥύεσθαι, ἐρύεσθαι* Amm. 123; E. G. 499, 7 *σημεῖον, τεκμήριον* (ita l. pro *τέρας*) Amm. 127; E. G. 501, 3 *σισύρα, σίσυρμα* Amm. 128; E. G. 505, 55 *γελοῖον, σκῶμμα, εὐτραπελισπός, γεφυρισμός* Amm. 128; E. G. 507, 23 *σοῖο, σεῖο* Amm. 129; E. G. 507, 48 *σοφός, συνετός* Amm. 129; E. G. 511, 51 *σταθῆναι στῆναι* Amm. 123; CLXX E. G. 513, 14 *στρατός, στράτευμα, στρατόπεδον* Amm. 130; E. G. 514, 11 *σύγγραμμα, σύνταγμα* Amm. 131 (apud quem l. *σύνταγμα* pro *σύνταξις*); E. G. 514, 52 *συμβουλή, παραίνεσις* Amm. 132; E. G. 515, 5 *σύνθεσις, σύνταξις* Amm. 131; E. G. 515, 7 *συμμαχεῖν, ἐπιμαχεῖν* Amm. 131; E. G. 516, 8 *σύνεργος, συνεργός* Amm. 131; E. G. 521, 60 *τάπητες ἀμφιτάπητες* Amm. 133; E. G. 527, 49 *τέχνη ἐπιτήδευμα* Amm. 134; E. G. 527, 55 *τεχνίτης, βαναυσός* Amm. 134; E. G. 528, 52 *τήθη, τηθίς,* Amm. 135; CLXXX; E. G. 529, 25 *τίθησι, τίθεται* Amm 136, 5; E. G. 530, 45 *τιμωρεῖσθαι τιμωρεῖν* Amm. 136; E. G. 533, 22 *τοὔνεκα, οὕνεκα* Amm. 136; E. G. 540, 42 *ὕμνος ἐγκώμιον* Amm. 139; E. G. 541, 7 *ὑπάγειν, πορεύεσθαι* Amm. 140;

E. G. 541, 28 ὕπαρ ὄνειρον Amm. 139; E. G. 544, 43 ὑποψία ὑφόρασις Amm. 139; E. G. 550, 1 φάσκωλος, φασκώλιον Amm. 141; E. G. 553, 35 φιλεῖν, κυνεῖν Amm. 143 (l. κυνεῖν pro κυεῖν· Valck. falso coniecit κύειν); E. G. 557, 32 φράσον, φράσαι Amm. 144; CXC; E. G. 558, 3 φρονεῖν, καταφρονεῖν Amm. 144; E. G. 559, 29 φύλλον, φῦλον Amm. 144; E. G. 560, 26 φωνεῖν, ὠρύεσθαι Amm. 144; E. G. 560, 28 φωλεός, κοίτη Amm. 145; E. G. 561, 8 ὁ χάραξ, ἡ χάραξ, Amm. 145; CXCV. —

Haec omnia facile ex Ammonio solo expediuntur, restat autem magnus numerus distinctionum Herennianarum, ab Etymologo transscriptarum, in quibus explicandis epitomas ceteras operis Herenniani auxilio vocemus necesse est. Eranii Schedas nonnulla Etymologo praebuisse omnino non negari potest. E. G. 19, 19: αἶνος a παροιμία distinguens descripsit auctor Etymologici Ammonium, at 19, 46 Eranii locum (p. 162) sui iuris fecit. Eorum quae apud Ammonium non extant, cum Eranius ea exhibeat, plurima in Etymologico Gudiano inveniuntur: E. G. 12 ἆθλον, ἔπαθλον = Eran. Ph. 155; idem E. G. 196, 24; E. G. 57, 21 ἀνήρ, ἄνθρωπος = Eran. Ph. 156; E. G. 63, 3 ἀπαράσκευος, ἀπαρασκεύαστος = Eran. Ph. 157; E. G. 113, 58 βοῦς μόσχος = Eran. Ph. 164; E. G. 250, 29 ἡσυχάζειν, σιγᾶν = Eran. Ph. 168. Huc adde E. G. 87, 1 ἀστρολόγος ἀστρονόμου διαφέρει. ἀστρονόμος μέν ἐστιν ἡ κατάλυσις τῶν ἀστέρων. ἀστρολόγος δὲ, ἡ τὰ ἐκ τῶν κινήσεων ἀποτελέσματα δηλοῦσα ἐπιστήμη. Eran. Ph. 156. Ἀστρολογία Ἀστρονομίας διαφέρει. Ἀστρονομία μὲν γάρ ἐστιν ἡ κατάληψις τῶν ἄστρων· Ἀστρολογία δὲ, ἡ τὰ ἐκ τῶν κινήσεων τῶν ἀστέρων ἀποτελέσματα δηλοῦσα ἐπιστήμη. Corrige E. G. ex Eran. Nonnunquam E. G. cum Er. contra Amm. facit: E. G. 6 ἄγροικος ἀγροῖκος habet μὴ ἥμερος,

quae verba apud Amm. 3 desiderantur, extant Eran. Ph. 156, Pt. A. § 7; E. G. 16, 10 *αἰδώς, αἰσχύνη* legitur *σεβασμίως*, pro quo habet Amm. 5 *σεβομένως*, at Pt. A. § 84, Eran. Ph. 160 *σεβασμίως*; E. G. 53, 45 *ἀνδραγαθία, ἀνδρεία*, Amm. 15. *ἀνδραγάθημα*, Eran. Ph. 162, Pt. A. § 29 *ἀνδραγαθία*; etc. etc. Nunc autem demonstrabo Etymologo in manibus fuisse non eum, quem nos habemus, Eranium, sed aliquanto uberiorem melioremque. E. G. 35, 42 *Ἀλίπαστον καὶ ἁλίσπαρτον διαφέρουσι. Τὸ μὲν γὰρ ἁλὶ πεπασμένον κρέας ἢ ἰχθὺν ἔλεγον ἁλίπαστον. ἁλίσπαρτον δὲ, τὴν ἁλὶ κατεσπαρμένην χώραν. τῶν γὰρ ἀρχαίων τινῶν βαρβάρων δυσμενῶς διακειμένων πρὸς τοὺς Ἕλληνας τὰς χώρας αὐτῶν ἁλὶ κατέσπειρον, εἰς τὸ μηκέτι δύνασθαι φέρειν καρπούς. ὅθεν καὶ ὁ βίος τοὺς ἠκισμένους δεινῶς, καὶ δυσθεραπεύτως ἔχοντας τὰ σώματα ἁλισπάρτους καλεῖ.* Eran. Ph. 157 *ἁλίπαστον ἁλισπάρτου διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ ἁλσὶ πεπασμένον κρέας, ἁλίπαστον λέγεται· ἁλίσπαρτον δὲ, ἡ ἁλσὶ κατεσπαρμένη χώρα, ἅς τινες τῶν παλαιῶν πεποιήκασιν. δυσμενῶς γὰρ πρὸς τοὺς Ἕλληνας διακείμενοι, τὰς χώρας αὐτῶν ἁλσὶ κατέσπειρον, εἰς τὸ μηκέτι δύνασθαι φέρειν καρπούς.* Amm. 11 *Ἁλίπαστον καὶ Ἁλίσπαρτον διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ ἁλὶ πεπασμένον κρέας, ἢ ἰχθὺν, ἔλεγον Ἁλίπαστον. Ἁλίσπαρτον δὲ, τὴν ἁλὶ κατεσπαρμένην γῆν, ὡς τινῶν φθονερῶν τοῦτο ποιούντων. ὅθεν καὶ ὁ βίος τοὺς ἠκισμένους καὶ δυσθεραπεύτως ἔχοντας τὰ σώματα, ἁλισπάρτους καλεῖ.* Sed in hac distinctione fortasse quispiam dixerit Etymologum Ammonii Eraniique articulos in unum contaminasse; ideo alia afferam necesse est. E. G. 280, 41 *Ἰουδαῖοι καὶ Ἰδουμαῖοι διαφέρουσιν· — ἐκλήθησαν Ἰδουμαῖοι* (l. *Ἰουδαῖοι*)· *ἢ ἐξ Ἰούδα τετάρτου παιδὸς Ἰσραὴλ ἐκλήθησαν. οὗτοι δὲ ἐκ γένους εἰσὶν Ἀβραάμ, Ἰδουμαῖοι δὲ, ἐκ τοῦ Ἠσαῦ ἀδελφοῦ Ἰακὼβ, παιδὸς Ἰσαὰκ, υἱοῦ Ἀβραάμ, ἀπό-*

γονοι πεφυκότες ἐξ Ἐδώμ. Amm. 73. Ἰδουμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι διαφέρουσιν (l. Ἰουδ. κ. Ἰδ. διαφ. ne literaturae ordo perturbetur) — ἐκλήθησαν Ἰουδαῖοι. Nihil ultra. Eran. Ph. 169 Ἰουδαῖοι καὶ Ἰδουμαῖοι διαφέρουσιν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οἱ ἐξ Ἰούδα τοῦ τετάρτου παιδὸς Ἰακὼβ κληθέντες· Ἰδουμαῖοι δὲ οἱ ἐξ Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ Ἰακώβ. Vides Etymologum plura exhibere Eranio. Duo cogitari possunt, aut Etymologum Ammonianum librum et pleniorem Eranium habuisse, aut eius in manibus fuisse librum, qui observationem Ammonianam Eranianamque in unum coniunctas exhibuerit. Sed vide plura: E. G. 63, 3 Ἀπαράσκευος καὶ ἀπαρασκεύαστος διαφέρει. ὁ μὲν γὰρ δι' αὐτὴν τὴν χορηγίαν ἔχων ἀπαρασκεύαστος ἂν λέγοιτο. ὁ δὲ διὰ ἑτέρου ἀπαράσκευος· ὁ μὲν ἄρχων, ὁ μονόμαχον θέλων δοῦναι ἀπαράσκευος λέγεται. ὁ δὲ μονόμαχος ἀπαρασκεύαστος etc. In libro Ammoniano nihil tale extat, at similia inveniuntur apud Eranium et Ptolemaeum Asc., neqne tamen omnia, quae habet Etymologus; ita ut hic uberioribus epitomis usus esse putandus sit. Vide modo: Eran. Ph. 157 ἀπαράσκευος καὶ ἀπαρασκεύαστος διαφέρει. ὁ μὲν γὰρ δι' ἑαυτοῦ τὴν χορηγίαν ἔχων, ἀπαράσκευος ἂν λέγοιτο· ὁ δὲ ἐξ ἑτέρου, ἀπαρασκεύαστος. Pt. A. § 18 ἀπαράσκευον καὶ ἀπαρασκεύαστον διαφέρει. ὁ μὲν γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν χορηγίαν ἔχων, ἀπαράσκευος· ὁ δὲ δι' ἑτέρου, ἀπαρασκεύαστος, οἷον οἱ μοναχοὶ ἀπαρασκεύαστοι. Quid corrigendum sit, ipse vides; apud Eranium et Ptolemaeum nonnulla intercidisse pariter animadvertis neque dubitas, quin Etymologus pleniore epitome usus sit. Quid? licet omnia, quae adhuc commemorata sunt, ad Eranium referas, quamquam quaedam simul ad Ptolemaeum pertinent, nonne demonstrare possum, Etymologum etiam ex Ptolemaeo hausisse neque tamen ex hoc Ptolemaeo, quem Fabricius edidit, sed ex uberiore

Ptolemaeo? E. G. 500, 29. *Σικελὸς Σικελιώτου διαφέρει· Σικελοὶ μέν εἰσιν οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ οἰκοῦντες βάρβαροι· Σικελιῶται δὲ οἱ ἀφ' Ἑλλήνων πόλεως μετοικήσαντες.* Amm. p. 128 dissimili ratione *Σικελὸς καὶ Σικελιώτης διαφέρει. Σικελὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς Σικελίας ὤν· Σικελιώτης δέ, ὁ Σικελὸς μὲν μὴ ὤν, τὴν δὲ χώραν ταύτην οἰκῶν.* At. v. Pt. A. § 145 *Ἰταλιῶται μὲν λέγονται Ἕλληνες οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, Ἰταλοὶ δὲ βάρβαροι. καὶ ὁμοίως Σικελοὶ μὲν βάρβαροι οἱ ἐν Σικελίᾳ, Σικελιῶται δὲ Ἕλληνες οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ.* — E. G. 509, 53 *Σταφυλὴ καὶ σταφύλη διαφέρει· τὸ μὲν ὀξύτονον ἐπὶ τῆς ὀπώρας· τὸ δὲ βαρύτονον ἐπὶ τῆς καθιεμένης μολυβίδος, παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσι τεθεμένοις.* Amm. 124 multo plura. Pt. A. § 137 *σταφυλὴ ὀξυτόνως ἡ ὀπώρα. σταφύλη δὲ βαρυτόνως — ἐπὶ τῆς καθιεμένης μολύβδου παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσι τίθεται* (Corrige E. G.). — Neque tamen Etymologus hunc Ptolemaeum in usum adhibuit, sed pleniorem quendam. E. G. 182, 31 *Ἕλκος — ὠτειλή, τραῦμα, πληγὴ διαφέρει· — ὠτειλὴ ἐκ τοῦ σύνεγγυς σιδήρου πληγή. τραῦμα δὲ τρῶσις σαρκὸς ὑπὸ σιδήρου γενόμενον ἐφ' ὑγείας σώματος, πληγὴ δὲ ἡ ἐκ χειρὸς πλῆξις.* Amm. 48 de *τραῦμα* et *πληγή* tacet, ergo haec Etymologus hausit ex Ptol. Asc., apud quem § 80 ita legitur *ἕλκος — τραῦμα δὲ ἡ ὑπὸ σιδήρου τρῶσις γινομένη, πληγὴ δὲ ἡ ἐκ χειρὸς πλῆξις.* Vides Etymologum Ptolemaeo plura habere, ergo pleniorem eius libellum versavisse. Sed etiamsi mihi concedis, pleniores epitomas Eranii et Ptolemaei Etymologo in manibus fuisse, haudquaquam omnia quadrant; satis multa restant, quae et ipsa sine dubio doctrinae Herennianae tribuenda sunt et alia explicatione indigent. E. G. 123, 10 *γεννῆσαι, τίκτειν.* Amm. tacet, at Thom. M., qui omnes fere distinctiones suas Ammonio debet, p. 358, 15 eadem habet, quae Etymologus, schedaeque

Parisinae ex Ammonii simili libro sublectae, de quibus actum est c. VII., distinctionem vocum *γεννῆσαι* et *τεκεῖν* tradunt. Cum Thom. M. post auctores Etymologici vixerit, quomodo id expedies? Atque aliud exemplum proferam: E. G. 145, 61 *Διήγημα διηγήσεως διαφέρει· διήγησις μὲν γάρ ἐστιν, οἷον ἡ πᾶσα διήγησις Ὁμήρου. διήγημα δὲ μέρος τι ποιήσεως, οἷον Αἴαντος μονομαχία πρὸς Ἕκτορα.* Amm. 43 *Διήγησις καὶ Διήγημα διαφέρει. Διήγησις μὲν γὰρ ποίησίς ἐστιν ἡ ἐν μήκει τὸ τέλειον ἔχουσα· Διήγημα δὲ καὶ ποίημα τὸ βραχύτερον.* Etymologum plura Ammonio exhibere vides; unde sua hausit? An ipse quaedam addidit? In dubio haerentes certiores facit Pt. A. § 121, imprimis autem Thom. M. 96, 8. *Διήγησις ὅλον τὸ σύγγραμμα, ἤγουν ἡ Ἰλιὰς ἢ ἡ Ὀδύσσεια, διήγημα δὲ μέρος τι, οἷον ἡ τοῦ Ἕκτορος καὶ Αἴαντος μονομαχία· ὥσπερ καὶ ποίησις καὶ ποίημα· παραχρῶνται δέ τινες.* Hoc Thomas ex Ammonii simillimo libro sibi assumpsit: nonne item Etymologus? Sed iam audacius progrediar. Iam enim ipsum librum Ammonianum invadam, et Etymologum etiam hunc librum pleniorem legisse argumentis firmabo. E. G. 381, 22 *Μαστὸς καὶ μαζὸς διαφέρει, μαστὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ γυναικεῖος· κυρίως δὲ, διὰ τὸ εἶναι μεστὸς γάλακτος· μαζὸς δὲ ὁ ἀνδρεῖος, ὡς καὶ ὁ ποιητὴς δηλοῖ· νευρὸν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον· τινὲς δὲ ἀδιαφόρως χρῶνται ταῖς λέξεσι.* Cetera Amm. 91 inveniuntur, non invenitur illud *τινὲς δὲ ἀδιαφόρως χρῶνται ταῖς λέξεσι.* Neque tamen Etymologus hoc addidit, vel aliunde assumpsit, sed certe epitomae synonymicae Ammonii simillimae, at pleniori, debet, nam Amm. 21 *ἀπελεύθερος* ita verba facit: *ἤδη μέντοι καὶ ἀδιαφόρως χρῶνται τοῖς νοήμασιν.* Ergo epitomator Ammonianus sub voce *μαστός* eam clausulam ut superfluam omisit. E. G. 255, 27 *Θάρσος καὶ θράσος διαφέρει ὡς*

ἀρετὴ κακίας· τὸ μὲν ἐπὶ ἀρετῆς τάσσεται. τὸ δὲ ἐπὶ κακίας, ὅθεν οἱ παλαιοὶ ὡρίσαντο οὕτως· θάρσος ἐστὶ ψυχῆς παράστημα μετὰ λογισμοῦ· θράσος δὲ ἡ ἀλογιστία, ὅθεν Εὐριπίδης ἁμαρτάνει λέγων, οὐ θράσος τόδ' ἐστιν οὐδὲ τόλμη κακῶς φίλους δράσαντας ἐναντίως βλέπειν. Amm. 71 Θράσος καὶ Θάρσος διαφέρει· Θράσος μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄλογος ὁρμή· Θάρσος δὲ, ἔλλογος ὁρμή. Videsne, quam piger librarius, qui hanc a Valckenaerio editam collectionem Ammonianam scripsit, hac in distinctione fuerit? Certe quae Etymologus habet, genuinae doctrinae Herennianae sunt. Nam illis verbis Εὐριπίδης ἁμαρτάνει similia habes Amm. 23 ἄρτι: ἁμαρτάνει Σαπφώ, 136 τοὔνεκα: ἁμαρτάνει Καλλίμαχος etc. (v. cap. I). — E. G. 151, 28 Δοῦλοι καὶ οἰκέται καὶ θεράποντες διαφέρουσι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. δοῦλοι μὲν γὰρ καὶ τῶν ἡδονῶν λέγεται καὶ πάντες οἱ τεταγμένοι ὑπὸ βασιλέως, οἰκέται δὲ δεσποτῶν. θεράποντες δὲ οἱ ὑποτεταγμένοι φίλοι, ὑφ' ὧν θεραπεύονται οἱ προσήκοντες. Amm. 45 δοῦλοι, οἰκέται, 69 θεράπων, οἰκέτης iisdem verbis, sed desideratur παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. Eran. Ph. 165 similia habet, sed ut Etymologus uno tractu de δοῦλος, οἰκέτης, θεράπων agit, et in ipso deest illud παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. Sed οἱ ἀρχαῖοι Ammonio haud ignoti sunt: p. 62 voc. εὐθύς, p. 138 voc. τύραννον eos invenies, ergo epitomator Ammonianus non solum unum articulum in duos divellit, sed etiam quaedam omisit. — E. G. 382, 42 Μέγας καὶ πολὺς διαφέρει· μέγας μὲν ἐπὶ πηλικότητος τάσσεται, πολὺς δὲ ἐπὶ ποσότητος· ὁμοίως καὶ τὸ μικρὸν τοῦ ὀλίγου, τὸ μὲν μικρὸν ἐπὶ πηλικότητος, τὸ δὲ ὀλίγον ἐπὶ ποσότητος· ὅθεν ὁ λέγων μικρὸν ὕδωρ ἀντὶ τοῦ ὀλίγου ἀκυρολογεῖ. Ὀλίγον a μικρόν distinguitur Amm. 103, sed de μέγας, πολύς in toto libro nihil invenitur. Verum idem auctor operis synonymici, qui de ὀλίγον et μικρόν egit, nonne

de *μέγας* et *πολύς* vocibus et ipsis egisse putandus est? Epitomatores sane nonnunquam omiserunt, siquid eis supervacaneum esse videbatur. Quid autem magis doctrinam Herennianam sapit quam illud Etymologi *ἀκυρολογεῖ*, quod apud Ammonium in hac distinctione deest, extat in nonnullis aliis (cf. p. 27 *βίος*, p. 34. *γενέθλια*, p. 145 *φωλεός*). Ac ne dubito quidem pleniori meo Ammonio tribuere Etymologi distinctionem 354, 28 *κυνηγεῖν τοῦ ἰχθυᾶσθαι διαφέρει· κυνηγεῖν μὲν τὸ διὰ κυνῶν τὴν θήραν λαμβάνειν, ἰχθυᾶσθαι δὲ τὸ ἰχθύας λαμβάνειν· ὁ οὖν εἰπών, ἰχθύας ἐκυνήγησα, ἀκυρολογεῖ.* Nam illud *ἀκυρολογεῖ* unde assumpsit Etymologus, nisi ex Ammonii simili libro? Quid, quod ad eam progredior audaciam, ut totam synonymorum seriem pleniori, quem mente amplector, Ammonio obtrudam? E. G. 503, 38 *Σκήπτεσθαι, καὶ σκέπτεσθαι τινὲς μὲν ταὐτὸ φήθησαν εἶναι, ἀλλὰ διαφέρουσιν αἱ λέξεις· σκήπτεσθαι μὲν γάρ ἐστι το προφασίζεσθαι· σκέπτεσθαι δὲ τὸ συμβουλεύεσθαί τι.* Amm. 128 *Σκήπτεσθαι καὶ Σκέπτεσθαι διαφέρει· Σκήπτεσθαι μὲν γάρ ἐστι τὸ προφασίζεσθαι· Σκέπτεσθαι δέ, τὸ βουλεύεσθαι.* Epitomator Ammonianus certe eam rationem dicendi *τινὲς μὲν ταὐτὸ ᾠήθησαν εἶναι* nimis esse implicitam et molestam ratus, superflua abiecit. Nunc cum eam dicendi rationem ab Herennio profectam esse mihi persuasum sit, eam synonymorum seriem, ubi similia occurrunt, pleniori illi Ammonio insero. E. G. 47, 8 *ἀμῦναι καὶ ἐπαμῦναι τινὲς ταὐτὰ ᾠήθησαν εἶναι· οὐκ ἀληθῶς, διαφέρει γάρ* etc. quam distinctionem Herennio deberi, licet in Ammoniano libro desit, demonstrat etiam locus Epimerismorum Hom. p. 10 *καὶ πάλιν ἀμῦναι καὶ ἐπαμῦναι διαφέρει* etc. (cf. cap. VIII) E. G. 76,42 *ἀριθμῆσαι καὶ μετρῆσαι τινὲς μὲν τὸ αὐτὸ ἐνόμισαν, διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων* etc. E. G. 257, 36 *θέλημα καὶ θελητι-*

κὸν καὶ θελητὸν οὐ ταὐτόν ἐστι etc. Sed, nisi fallor, etiamsi unum vel alterum exemplum magis dubium videtur, tamen nemo amplius dubitabit, quin et plenior Eranius et plenior Pseudo-Ptolemaeus et plenior Ammonius fingendus sit. Nihilominus nondum omnia quadrant, immo Etymologo etiam alias epitomas in promptu fuisse contendo. Unum propono exemplum E. G. 86, 39 ἀστὴρ καὶ ἄστρον διαφέρει, ἄστρον γάρ ἐστιν ὅλον τὸ ζώδιον, τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων συνεστηκὸς, οἷον ἄρκτος, ὁ ὠρίων καὶ τὰ παραπλήσια. ἀστὴρ δὲ ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ζωδίῳ ὑπαρχόντων· ὡς ὅταν λέγωμεν, τὴν ἄρκτον ἐξ ἀστέρων συγκεῖσθαι. Amm. 26 Ἄστρον καὶ Ἀστὴρ διαφέρει. Ἄστρον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων μεμορφωμένον ζώδιον· οἷον Ὠρίων, Ἄρκτος. Ἀστὴρ δὲ, ὁ εἷς. Pt. A. § 22 = Amm. Eran. Ph. 155 Ἄστρον Ἀστέρος διαφέρει. Ἄστρον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων συνιστάμενον σχῆμα. Ἀστὴρ δὲ, ὁ μονομερής. Nullus epitomatorum cum Etymologo apte congruit, contra v. Eust. 831, 10 διαφορὰν δὲ ἀστέρος καὶ ἄστρον τὴν καὶ ἀλλαχοῦ δηλουμένην, Ἐρέννιος Φίλων φησὶν ἐν τῷ περὶ διαφόρων σημαινομένων, λέγων ὡς ἀστὴρ μὲν ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ζωδίῳ, καθό φαμεν τὴν ἄρκτον ἐξ ἀστέρων τόσων συγκεῖσθαι· ἄστρον δὲ, τὸ ὅλον ζώδιον τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων συνεστός. Inde fit, ut pleniori illi Ammonio et Ptolemaeo et Eranio accedens quartus epitomator fons Etymologici habendus esse videatur, similis eius, cui Eustathius sua debet. Iam vero me taedet tot epitomarum, quibus fortasse etiam plures addere cogerer, si cetera perscrutarer; immo res aliter se habeat necesse est. Et hercle, quo iure in eo nitor, ut distinctiones Etymologi ad epitomas hodiedum servatas referam? Permultas extitisse et interiisse epitomas operis Herenniani et per se intellegitur, et uno quoque huius disputationis capite comprobatum est, itemque

comprobatum est, has epitomas quamvis in universum similes singulis locis toties in diversum abiisse, ut ne duae quidem omnino pares extiterint, id quod satis superque docent, quas etiamnunc habemus, epitomae Ammoniana, Eraniana, Ptolemaeea etc. Nisi admodum mirabili casu id evenire non potest, ut maior quaedam synonymorum farrago cum alia tam bene congruat, quam codices manuscripti eiusdem operis vel epitome, quae una sublecta est ex maiore opere, cum illo opere genuino. Neque vero in tali librorum fluctuatione et turbine, ubi plurimae epitomae et epitomarum epitomae modo maioris modo minoris voluminis, modo plus modo minus interpolatae, modo plus modo minus immutatae, variis modis inter se consentiunt et dissentiunt, singula vincula et fila, quibus tota materia connexa est atque cohaeret, admodum inter se perplexa et implicita segregare et enodare vel doctissimi nescio an fuerit. Quanto magis mihi ab illo labyrintho cavendum erit, ne misere errem! Quare a numero eorum, qui omnia scire volunt, discedo, mihique id assumo, quod ex iis quae disputata sunt, pro certissimo evadit, Etymologum unam duasve epitomas Herennianas iis quae hodiedum extant, simillimas nonnunquam vero iis pleniores et imprimis saepe ab Ammoniana diversas in usum adhibuisse et inde plurima in librum suum transtulisse. Nunc cetera, quae et hoc ita esse demonstrant, et Herennianis epitomis tribuenda sunt, a me partim, ne nimis longus essem, partim, quod magis dubia forsitan videantur, adhuc omissa, breviter proferam. E. G. 10, 4 *ἆθλος ἆθλον* Amm. 4. Eran. Ph. 155 (cf. E. G. 13); E. G. 23, 17 *αἰτεῖν αἰτεῖσθαι* Amm. 5. Eran. Ph. 159 (cf. E. G. 23, 24); E. G. 49, 12 *ἀμφότερος, ἑκάτερος ἕκαστος* Amm. 14 *ἀμφότερος ἑκάτερος*; E. G. 72, 27 *ἀράχνη, ἀράχνης* Eran.

Ph. 156 contra Amm. 24; E. G. 89, 48 ἀτέχνως, ἀτεχνῶς Amm. 26, Pt. A. § 115; E. G. 98, 4 ἄφρων, ἀνόητος Amm. 18 ἄνοια, ἀφροσύνη. (Apud Etymologum vestigia manus interpolatoriae extant); E. G. 145, 1 διαπλεῖν, περιπλεῖν, παραπλεῖν, διαρρεῖν, παραρρεῖν, περιρρεῖν. Amm. 113. πλεῖν, ἀποπλεῖν, παραπλεῖν, περιπλεῖν. (Etym. locus mutilatus.) (E. G. 469, 33 = Amm.) Thom. M. 295, 11 ἀποπλεῖν, παραπλεῖν, περιπλεῖν similius Etymologi quam Ammonius, ex cuius libro, si Etymologi loco et Thomae Magistro credere licet, quaedam interciderunt. E. G. 145, 14 δίκη, γραφή. Amm. 44 δίκη, ἥ τε κρίσις, καὶ ἡ τιμωρία, καὶ τὸ δίκαιον ubi distinctio, quae esse debebat, desideratur. Thom. M. 83, 6 δίκη a γραφή distinguit. Ammonii locus certe corruptus est. E. G. 176, 21 ἔκγονος, ἔγγονος, ἀπόγονος. Amm. 47 ἔκγονος ἀπόγονος. Eran. Ph. 166. ἔκγ. ἀπόγ. Thom. M. 361, 19 ἔκγονος, ἔγγονος. E. G. 184, 8 ἐμεῖο, ἐμοῖο Amm. 49. (Noli neglegere Etymologi Ἑλληνικώτατον φησί). E. G. 193, 1 ἀπελεύθερος, ἐξελεύθερος. Amm. 21; Pt. A. § 72; § 225; E. G. 202, 39 ἐπιστήμη, τέχνη, Amm. 134 ἐπιτήδευμα, τέχνη, at Thom. M. 353, 12 τέχνη, ἐπιστήμη, ἐπιτήδευμα, observatio de voce ἐπιστήμη ab epitomatore Ammoniano omissa est; E. G. 243, 3 ἡμέρα, ἠώς Amm. 66, Eran. Ph. 168; E. G. 283, 51 ἱστοριογράφος, συγγραφεύς, ζωγράφος· Amm. 76 ἱστοριογράφος, συγγραφεύς (Stultissimus magistellus illud ζωγράφος, quod nunc in E. G. extat, addidit); E. G. 322, 34 κίνησις περιφορᾶς διήλλακται. Amm. 82; E. G. 359, 1 κωφός, ἐννεός Amm. 86, Eran. Ph. 170. (Apud Amm. et Eran. deest distinctio, quae petenda est ex Etymologico cf. Ep. Ps. 143.) E. G. 359, 34 λαβεῖν, δέξασθαι Eran. Ph. 187, Amm. 87; E. G. 368, 42 λῆμα, λῆμμα Eran. Ph. 170, Amm. 89; E. G. 407, 35 νῆες, πλοῖα

Amm. 98. Eran. Ph. 171: E. G. 412. 31 *νῦν, νυνί* Amm. 99. Eran. Ph. 171: E. G. 415. 56 *ξόανον, βρέτας, ἄγαλμα* (ita L pro εἴδωλον) Amm. 99: E. G. 433. 49 *ἱερῆας, ἱερεῖς* Amm. 104. Eran. Ph. 171: E. G. 443. 47 *ὀφείλημα, χρέος* Amm. 107 (Homo Christianus distinctionem suo arbitrio immutavit paululum.) E. G. 445, 7 *ἱερέα, ἐπιτρέπω* Amm. 108: E. G. 447. 20 *παιδίον, παιδάριον, παιδίσκος, παῖς* Amm. 35: E. G. 451. 50 *παραβολή, παράδειγμα* Amm. 109: E. G. 459. 14 *πένης, πτωχός* Amm. 111. Pt. A. § 186. Eran. Ph. 172 (cf. E. G. 459. 10): E. G. 470. 5 *πλῆθος, ὄχλος* Amm. 114: E. G. 472. 34 *ποίησις, ποίημα* cf. Amm. 43 *διήγησις, διήγημα*; E. G. 473. 3 valde corruptus locus, sed paulo plenior fuisse videtur Ammonio 121 *πῶς, ποῖ, ποῦ, πῶ*: E. G. 475. 29 *πόνηρος, πονηρός* Amm. 116. Homo Christianus quaedam addidit. Cf. E. M. 682. 25): E. G. 513, 11 *στρατεία, στρατιά* Amm. 130: E. G. 529. 7 *τιθή, τιθηνός, τροφός* Amm. 135. Pt. A. § 77. Thom. M. 360. 9; E. G. 530. 21 *τιμωρήσασθαι, τιμωρῆσαι* Amm. 136 bis, Eran. Ph. 173, Pt. A. § 38: Thom. M. 354. 13; E. G. 537, 47 *τυραννίς, βασιλεία, τύραννος, βασιλεύς* Amm. 138 (desideratur distinctio). Eran. Ph. 174 *τύραννοι, βασιλεῖς* (admodum corruptus locus), Ep. Ps. 168 *τύραννος, βασιλεύς* (similiter atque Etymologus, qui tamen, quoniam plura habet, hac parte Epimerismis nihil debet); E. G. 549, 17 *Φαρμακεία γοητείας διαφέρει, ὅτι τὸ μὲν δηλητήριον λαμβάνεται ἐπὶ θανασίμου· τὸ δὲ φάρμακον ἐπὶ ζωῆς.* Amm. 141 *Φαρμακεία γοητείας διαφέρει· Φαρμακεία μὲν γὰρ κυρίως, ἡ βλάβη ἡ διὰ δηλητηρίου τινὸς γενομένη φαρμάκου· Γοητεία δὲ, ἡ ὑπὸ ἐπικλήσεώς τε καὶ ἐπαοιδῆς.* (Nonne ex libro Ammoniano distinctio vocum *φάρμακον, δηλητήριον*, ex Et. G. distinctio vocum *φαρμακεία, γοητεία* intercidit? De *φάρμακον, δηλητήριον*

v. An. Ox. II. 421, 23. Fortasse hunc locum Etymologus transscripsit. Res est dubia.)

Nunc eas Etymologi distinctiones enumerabo, quae non ex epitomis Herennianis, sed ex secundariis fontibus haustae sunt. E. G. 16, 6 αἰδώς, αἰσχύνη sub voce αἰδῶ, An. Ox. I, 11, 20, An. Ox. II, 344, 22; (Cum neutro Epimerista tam bene congruit Etymologus, ut eum inde sua petiisse putes.) E. G. 44, 52 Ἄμητος: ἄμητος ἀμητός = An. Ox. II, 331, 23; E. G. 87, 15 ἄστυ: ἄστυ, πόλις = An. Ox. I, 31, 29; E. G. 473, 36—40 πόλις: ἄστυ, πόλις = Ep. Ps. 112, 14; (contra 473, 41 πόλις, ἄστυ = Amm. 115 v. supra); E. G. 78, 56 ἀρνειοί: ἀρνειοί, ἄρνες = An. Ox. I, 33, 12?? E. G. 79, 2—18 = An. Ox. I, 33, 6 ἀρνειός: ἀρνός, ἀρνειός. E. G. 90, 17—31 ἀτίζει: ἀτιμῶ ἀτιμάζω. = An. Ox. I, 38, 9; E. G. 92, 57—93, 8 αὖθι: αὖθις, αὖθι = An Ox. I, 15, 31; E. G. 98, 12 ἀφυής: εὐφυής, εὐμαθής = An. Ox. II, 335, 1; E. G. 100, 51 ἄχρις: ἄχρι, ἄχρις (Unde sumptus sit hic locus, non compertum habeo); E. G. 122, 25—37 γελίοιος (l. γελοΐος): γέλοιος γελοῖος = An. Ox. I, 101, 9—20; E. G. 187, 25 ἕνεκα: ἕνεκα, οὕνεκα, An. Ox. I, 131, 5. (Unde Etymologi locus sumptus sit, nescio); E. G. 194, 27 ἐξουθενῶ: οὐδέν, οὐθέν = Ep. Ps. 134, 7; E. G. 196, 32—35 = Ep. Ps. 133, 30 ἔπαινος: ἔπαινος ἐγκώμιον; E. G. 200, 44 ἐπίκουρος: ἐπίκουρος σύμμαχος = An. Ox. I, 150, 24; E. G. 287, 3 ἴψ: ἶπες, σῆπες, θρίπες, ἶκες. (σῆπες apud Ammonium 74 desiderantur, ergo epitomator Ammonianus quaedam omisit. Unde etymologi locus sumptus sit, nescio cf. E. M. 481, 3); E. G. 499, 53 σής: θρίψ, σής, ἴψ; E. G. 304, 32 κατακυριεῦσαι: κύριος, δεσπότης = Ep. Ps. 116, 28; E. G. 312, 17 κεκραιπαληκώς: κραιπάλη, μέθη = Ep. Ps. 162, 35; E. G. 369, 30—35 λίβανος: λίβανος,

λιβανωτός Ep. Ps. 137, 31; E. G. 392, 18—38 μῆρα: μηροί, μηρία = An. Ox. I, 272, 1—24 (cf. Eran. Ph. 170); E. G. 424, 50—425, 8 ὀλβιόδαιμον: πλούσιος, εὔπορος, ἀφνειός, ὄλβιος, εὐδαίμων, εὐτυχής, μακάριος = An. Ox. I, 320, 30 (Epimeristae deest interpretatio vocis μακάριος, ea ab homine Christiano, qui E. G. descripsit, addita est. In titulo idem fortasse homuncio se de voce εὐδαίμων, quae in ceteris doctrina synonymica instructis libris deest, aliquid prolaturum esse promittit, sed frustra, nam interpretatio vocis εὐδαίμων deest.) E. G. 425, 11 ὄλβιος: ὄλβιος, εὐδαίμων (Homuncio noster reminiscitur, se nobis debere interpretationem vocis εὐδαίμων, itaque quaedam sui ingenii profert. Hoc loco autem de voce ὄλβιος tacet); E. G. 449, 46—54 πάλιν: πάλιν, αὖθις, αὖθι, (cf. An. Ox. I, 9; I, 16. Etymologus alium librum secutus esse videtur); E. G. 452, 16—21 = An. Ox. I, 347, 31 (Etymologi locus mutilatus); E. G. 464, 45 πῇ: ποῦ, πῇ, ποῖ = An. Ox. I, 352, 3 (Apud Epimeristam deest ποῖ, apud Etymologum titulus prodit eam vocem, tum vero tacetur de ea.); E. G. 470, 55 πλούσιος: πλούσιος, εὔπορος, ὄλβιος, ἀφνειός, εὐτυχής = Ep. Ps. 118, 6 (Epimerista de εὐτυχής tacet. Dici nequit, utrum Etymologus id aliunde addiderit, an pleniores Epimerismos habuerit); E. G. 473, 47 πόλις, πατρίς = Ep. Ps. 134; 169; E. G. 484, 55 πρωτότοκος, πρωτοτόκος = Ep. Ps. 167, 8; E. G. 479, 59—480, 5 πρόβλημα: παράδειγμα, παραβολή = Ep. Ps. 161, 31; E. G. 526, 19 τέρας: τέρας, σημεῖον = An. Ox. II, 415, 5; E. G. 531, 5 τίσασθαι: τιμωρεῖν, τιμωρεῖσθαι. (Unde locus transscriptus sit, non compertum habeo, certe non sumptus est ex Ammonio p. 136; ac ne ex Eranio quidem p. 173, quocum tamen optime congruit, sed per secundarium fontem, qui pendet ex epitome Herenniana,

in E. G. pervenit); E. G. 567, 12 χλαῖνα: χλαῖνα, χλανίς, χλαμύς = An. Ox. I, 435, 21 (Epimerismorum locus videtur mutilatus).

Haec omnia, quae adhuc ex Etymologico Gudiano a me prolata sunt, in universum — de singulis enim quibusdam ipse dubito — a genuino Herennii opere profecta variis viis varieque iactata postremo in E. G. transiisse arbitror. Restat autem magnus numerus distinctionum nondum tractatarum, de quibus ne ipsis quidem mihi licet tacere. Sed in iis enumerandis maiorem mihi sumam libertatem. Omittentur enim plurimae earum distinctionum, quae pertinent ad voces non nisi accentu vel spiritu vel una litera diversas. Porro, cum in sequentibus insint et distinctiones, quae vel maiore vel minore veri specie referri possint ad Herennium, ceterae autem ab Herenniana doctrina alienae partim ex libris synonymicis sublectae, partim ab auctore vel auctoribus Etymologici inventae, partim post conditum Etymologicum a posterioribus magistellis appictae sint, singulas, prout quaeque huic vel illi generi adnumerandae sunt, distinctiones segregare et proprio loco collocare, forsitan operae pretium fuerit, tamen cum id sine longis ambagibus fieri non possit, ab eo labore nunc abstinebo, ceterasque distinctiones hic illic pauculis de meo verbis adiectis hoc loco nude ponam: E. G. 3 ἀγέλη, ποίμνη; E. G. 6 ἀγρός, ἄρουρα; E. G. 20, 37 αἰπόλιον, ποίμνιον An. Ox. I, 20, 10 (cf. An. Ox. II, 332, 23, Amm 9) αἰπόλος ποιμήν); E. G. 31, 41 ἀλαλαγμός ὀλολυγμός; E. G. 46, 3 ἄμπελος ἀμπελών; E. G. 49, 29 ἀμφισβήτησις ἄγνοια; 54, 13 ἀνδρεία ῥώμη; 54, 34 ἀνδράποδον ἀνδραποδιστής; E. G. 58, 44 ἀγνοεῖν ἀνοεῖν; E. G. 65, 35 ἁπλότης μωρία; E. G. 66, 12 ἀποδημία ἐπιδημία; E. G. 68, 59 ἀπομάγματα ἀπομάργματα; E. G. 69, 10

ἀπορία ἀφορία; E. G. 79, 54—59 *ἄρουρα γῆ* = An. Ox. I, 33, 30; E. G. 100, 8 *ἄχος*: ... *καὶ πόσα εἴδη λύπης; τέσσαρα, ἄχος, ἄχθος, φθόνος καὶ ἔλεος* etc. = An. Ox.: I, 7, 13 (cf. An. Ox. I, 263, 9; II 388, 16. Ceteros locos similes v. cap. X, ubi divisionem vocis *λύπη* Herennio Philoni vindicare conatus sum); E. G. 114, 7 *βραβεῖον στέφανος*, id. E. G. 511, 27; E. G. 120, 27 *γαστριμαργία λαιμαργία*; E. G. 127, 54 *γνόφος νεφέλη* = Ep. Ps. 127; E. G. 124, 49 *γεωγραφία γεωμετρία*; E. G. 128, 22 *γνῶσις σοφία*; E. G. 132, 3 *γυνή παρθένος*; 137, 20 *δέησις προσευχή εὐχαριστία ἔντευξις* id. E. G. 482, 13; E. G. 138, 10 = An. Ox. I, 114, 29; id. E. G. 519, 37 = An. Ox. I, 386, 19 id. E. G. 520, 4 = An Ox. I, 386, 19 (Hi loci demonstrant Etymologo non solum nostros Epimerismos Homericos a Cramero editos in manibus fuisse, sed etiam alios Epimerismos his simillimos); E. G. 139, 9 *δέρμα βύρσα*; E. G. 143, 53 *διάλεκτος διάλεξις*; E. G. 144, 22 *διάνοια γνώμη* = Ep. Ps. 165; E. G. 144, 29 *διαπορεῖσθαι ἀγανακτεῖν*; E. G. 145, 8 *διάπυρος θερμός*; E. G. 146, 7 *δίκαιος, εὐσεβής*; E. G. 149, 4 *δμωή, δμωΐς*; E. G. 151, 34 *δοῦναι, ἀποδοῦναι*; E. G. 156, 16 *ἑαυτούς, ἀλλήλους*; E. G. 164, 6 *εἴδωλον ὁμοίωμα* id. 428, 5, E. G. 173, 43 *ἐκώκυσε ἐκόκκυσε*; E. G. 175, 56 *ἑκάτερος ἕκαστος* (cf. E. G. 49, 12 ubi *ἀμφότερος* ab *ἕκαστος* et *ἑκάτερος* distinguitur et Amm. 14 ubi *ἀμφότεροι* vox ab *ἑκάτεροι* distinguitur); E. G. 177, 16 *ἐκκλησία, σύνοδος* (cf. Amm. 47 *ἐκκλησία κατάκλησις*); E. G. 178, 3 *ἔκπαγλος*: *κατεπλάγην κατεπλήγην* (Unde hic locus sumptus sit, nescio) Eadem distinctio recurrit E. G. 203, 51 *ἐπλήγην κατεπλάγην* et E. G. 460, 7 *πεπληγώς*: *ἔπληξα ἔπλαγον* = An. Ox. I, 354, 1; E. G. 179, 32 *ἐλαία ἐλαιάς*; E. G. 183, 4 *λύμη, λῆμη, λοιμική* sub voc. *ἐλυμήνατο* = Ep. Ps. 164, 1;

E. G. 184, 44 ἐμπειρικὸς ἰατρὸς λογικοῦ διαφέρει; E. G. 186, 54 ἐνάργεια, ἐνέργεια id. 186, 59; E. G. 196, 36 ἔπαινος, ἐγκώμιον = Ep. Ps. 133 (cf. Amm. 139 ὕμνος ἐγκώμιον Thom. M. 205 ὕμνος ἐγκώμιον ἔπαινος. In cap. VI. hanc distinctionem ad Herennium Philonem referre conatus sum); E. G. 196, 44 ἐπάνοδος κάθοδος; E. G. 200, 1 ἐπιείκεια, ἀνδρεία, ἐπίρρημα, θρασύτης; E. G. 201, 8 ἐπιμαχία, συμμαχία (cf. Amm. 131 συμμαχεῖν, ἐπιμαχεῖν); E. G. 204, 2 ἐπώνυμον ἐπίθετον, E. G. 212, 15 ἕστηκα ἕστακα (cf. Amm. 123 σταθῆναι στῆναι); E. G. 218, 10 εὐλαβείας εἴδη δύο, αἰδὼς καὶ ἁγνεία etc.; E. G. 222, 53 εὐχή, προσευχή = An. Ox. I, 140, 20; E. G. 223, 1 εὔχομαι καὶ ἐπεύχομαι διαφέρει etc. (Distinctio, quam Etymologus promittit, deest); E. G. 225, 50 ἑφθόν, ὀπτόν; E. G. 234, 28—34 = Ep. Ps. 175, 24 ζωστήρ, ζώνη, ζῶμα (Epimeristae locus mutilatus est); E. G. 255, 4 θανατοῦν θανατᾶν = Ep. Ps. 190, 25; E. G. 265, 47 θρίξ, μαλλίον; E. G. 266, 30 θυοσκόοι ἱερεῖς; E. G. 266, 56 θυμός: . . . τί διαφέρει μῆνις, ὀργή, χόλος, κότος καὶ θυμός; etc. = An. Ox. I, 197, 10 (cf. Amm. 72 θυμός, ὀργή. Etiam ea, quae apud Ammonium desiderantur, ad Herennium referre ausus sum in cap. X.), eadem occurrit distinctio E. G. 341, 3 κότος: . . . . . καί τι διαφέρουσιν ἀλλήλων ὀργή, μῆνις, χόλος, κότος καὶ θυμός; etc.; E. G. 267, 18 θεωρεῖν, βλέπειν; E. G. 295, 15 κάλλος ὡραιότητος διαφέρει. ζήτει αὐτὸν εἰς τὸν ψαλμὸν τὸν λέγοντα, τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου (Spectat Etymologus ad Ps. 44, 5. Hic mihi innui videntur aut alii Epimerismi Psalterii atque nostri a Gaisf. editi, aut pleniores); E. G. 325, 11 κλαγγή φωνή = An. Ox. I, 230, 14; E. G. 333, 55 κολοσυρτός, κόνις; E. G. 335, 31 κομᾶν γαυριᾶν (cf. Amm. 84 κομᾶν κουριᾶν Pt. A. § 113, § 155); E. G. 342, 46 κράζω κρώζω = Ep. Ps. 100, 10; E. G.

350, 32 κτῆσις, κτίσις, E. G. 351, 1 κτίσις, κτίσμα; E. G. 351, 16 κυβιστητήρ: ἄφλαστα, κόρυμβα; E. G. 355, 38 κύρβεις ἄξονες = An. Ox. II, 455, 15 (cf. An. Ox. I, 221, 5. Amm. 18 multo brevius de hac distinctione agit. Verisimile est, ab epitomatore Ammoniano hoc loco multa doctrinae Herennianae omissa esse); E. G. 356, 17 τραγῳδία, κωμῳδία; E. G. 358, 51 κωφός, οὐ λαλῶν (cf. Amm. 86 κωφός, ἐννεός ubi deest distinctio); E. G. 363, 6 λάρυγξ, φάρυγξ; E. G. 369, 10 ληστικόν, ληστρικόν. Phot. 384; E. G. 369, 50 καπνός, κνίσσα, λιγνύς, αἰθάλη Ep. Ps. 127, 5; E. G. 370, 62 λιμός, λοιμός; E. G. 373, 8 λοιδορία ὕβρις; E. G. 374, 36 λυγίζειν, θρύπτεσθαι; E. G. 385, 35 μέλος μέρος; E. G. 391, 52 μῆνις, χόλος, ὀργή; E. G. 396, 24 μνηστήρ, νυμφίος, ἀνήρ; E. G. 397, 42 μόνος μοναχός = Ep. Ps. 183; E. G. 397, 51 μορφή, σχῆμα; E. G. 400, 33 μύστης, μυσταγωγός; 401, 13 μώλωψ, στίγμα; E. G. 401, 43 ναός, βωμός; E. G. 419, 34 ὀδύνη ὠδίς; E. G. 420, 12 ὅθι ὅθεν = An. Ox. I, 320, 16; E. G. 421, 45 οἰκεῖοι οἰκιακοί; E. G. 422, 37 οἰκονόμος, φειδωλός = Ep. Ps. 176; E. G. 423, 21 ὀϊστός, βέλος, ἰός, βιός = An. Ox. I, 315, 10; E. G. 426, 15 ὅλος, πᾶς (cf. An. Ox. II, 400, 27); E. G. 426, 31 Ὀλυμπία, Ὀλυμπιάς; E. G. 428, 8 ὁμόδουλος, σύνδουλος; E. G. 434, 50 ὅρμος, ἰσθμός; E. G. 436, 3 ὄρος, βουνός; E. G. 437, 50 ὅσιος, δίκαιος (cf. An. Ox. II, 358, 31); E. G. (451, 50); 53; 59 ter παραβολή a παράδειγμα distinguit (Eadem distinctio 480, 3. E. G. 451, 50 = Amm. 109; E. G. 480, 3 = Ep. Ps. 161, 34; unde sumpti sint duo ceteri loci nescio.) E. G. 460, 13 πέπλος χιτών = An. Ox. I, 357, 24; E. G. 466, 43 πηός φίλος = An. Ox. I, 357, 18; E. G. 471, 4 πνεῖν ἀποπνεῖν; E. G. 472, 38 δημιουργός ποιητής; E. G. 472, 43 ποιμήν, βοσκός; E. G. 473, 11 ποῖος, πόσος, E. G. 475, 51

ποιεῖν, πράσσειν, θεωρεῖν; E. G. 480, 1 *πρόβλημα, πρότασις* = Ep. Ps. 161, 32; E. G. 489, 23 *ῥάβδος, βακτηρία* = Ep. Ps. 135, 10 (cf. An. Ox. II, 351, 29 et II, 484, 4); E. G. 490, 32 *ῥάμφος ῥάγχος πρόσωπον*; E. G. 493, 47 *ῥοῖζος, βρόμος*; E. G. 520, 24 *σῶσόν με, ῥῦσαί με*; E. G. 528, 19 *τηλικοῦτος τοσοῦτος*; E. G. 534, 20 *τραυλός, κωφός*; E. G. 535, 2 *τριβώνιον ῥάκος*; E. G. 538, 16 *τυφλός, πηρός, ἀνάπηρος*; E. G. 551, 16 *φέρω ἄγω* (cf. Amm. 2); E. G. 555, 6. *φόβος ...... καὶ εἰς πόσα διαιρεῖται ὁ φόβος; εἰς ἕξ· εἰς ὄκνον, εἰς ἔκπληξιν, εἰς κατάπληξιν, εἰς αἰδῶ, εἰς αἰσχύνην, εἰς ἀγωνίαν·* etc. = An. Ox. I, 429, 28 (In cap. X operam dedi, ut haec doctrinae Herennianae esse demonstrarem.); E. G. 561, 58 *χιτωνίσκος, ἱμάτιον*; E. G. 567, 3 *χιτών, πέπλος* = An. Ox. I, 357, 24; E. G. 576, 57 *ᾠδή, ἐπῳδή*.

XIII. De Manuscripto Traiectino.

Codicem Traiectinum Etymologici a Gudiano haud ita diversi cum Ammonio diligenter contulit, sibique animadversa in epistula critica ad Valck. publici iuris fecit Car. Segaar. In universum hoc de Etymologico idem quod de Gudiano dicendum est quare sufficiet, si locos imprimis graves ex epistula Segaarii exscribam, quam maxime a propriis verbis abstinens. Ep. crit. p. 6 *αἰδώς, αἰσχύνη ὃν τις σεβασμίως ἔχει.* (Confer Amm. p. 5 Pt. A. § 84, Eran. Ph. 160). — In *ἀποκήρυκτος* pro *ἐπὶ ἀδικήματι, ἐπ' ἀδικήμασι* (v. Eran). — Pro *Γαμήλιος καὶ Ἐ. Γαμήλιον καὶ Ἐπιθαλάμιον* v. Eran.). — In *Ἀράχνη κ. Ἀ.* ita. *Ἀράχνη Ἀράχνου διαφέρει. Ἀράχνη μὲν γάρ ἐστι τὸ λεπτότατον ὕφασμα τοῦ ζώου, τοῦτ' ἔστι, τοῦ ἀράχνου. Ἀράχνης δὲ ἐστιν αὐτὸ τὸ ζῶον ἀρσενικῶς ἐκφωνούμενον.*

Similiter, ut video, Eranius, quem Tu Ammonio comitem dedisti. — In *ὑποψία, δόξα καὶ ἐπὶ*, male autem *τῶν χειρῶν* pro *τὸ χεῖρον:* in priori parte cum Herennio convenit. — p. 13. Sunt in Trai. plura additamenta, et quaedam non contemnenda; loca etiam, ut hoc addam, nonnulla, ubi paullo plenius, paulo interdum et aliter, quam Ammonius. Ita v. *Ἄγροικος, Ἄγροικος μὲν βαρυτόνως*, inquit, *ὁ ἥμερος, ἴσως ὁ ἄγριος· ἀγροῖκος ὁ ἀμαθὴς καὶ ἀπαίδευτος· ἄγροικος ὁ ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος.* (Illud *ἥμερος, ἴσως ὁ ἄγριος* v. Eran. Ph. 156; Pt. A. § 7). — In *Ἁλίπαστον* pro *ὥς τινων φθονερῶν τοῦτο ποιούντων* haec habet: *τῶν δὲ ἀρχαίων τινῶν βαρβάρων διακειμένων πρὸς τοὺς Ἕλληνας, τὰς χώρας αὐτῶν ἁλσὶ κατέσπειρον εἰς τὸ μηκέτι δύνασθαι φέρειν καρπούς.* Vides idem propemodum, ac quod Eranius habet. — In *Ἀποκήρυκτος* post verba *ἐκποίητος δὲ ὁ δοθεὶς ἑτέρῳ, οὕτως Ἐρατοσθένης.* (cf. Lex. rhet. apud Bekk. An. Gr. 215, 19). — In *ἀποφορὰ καὶ εἰσφορά: τὸ δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν δημοσίᾳ διδόμενον ἀποτέλεσμα καὶ εἰσφορό.* Eran. *τέλος.* — p. 14. In *Ἀσφόδελος, ἀσφόδελον καὶ ἀσφοδελὸν διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· ἀσφόδελον μὲν γὰρ βαρυτόνως σημαίνει τὸ φυτὸν παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ἀσφοδελὸν δὲ ὀξυτόνως τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἀσφόδελοι γίνονται.* conf. id. Eranius. — In *Ἄστρον, ἄστρον μὲν γάρ ἐστιν ὅλον τὸ ζώδιον, τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων συνεστηκός, οἷον ἄρκτος· ἀστὴρ δὲ ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ζωδίῳ ὑπαρχόντων, ὡς ὅταν λέγωμεν τὴν ἄρκτον ἐξ ἀστέρων συγκειμένην* (cf. Eust. 831, 10). —). p. 15. In *Διήγησις καὶ Διήγημα* v. *Διήγημα, Διήγησις μὲν γάρ ἐστιν* (deficiunt hic nonnulla facile supplenda) *οἷον ἡ πᾶσα διήγησις Ὁμήρου. Διήγημα μέρος τι τῆς ποιήσεως. οἷον Αἴαντος μονομαχία πρὸς Ἕκτορα.* (cf. Thom. M. 96, 8.) — In *Ἕλκος* addit, ut saepius, discrimen aliarum duarum vocum, *τραύματος* et *πληγῆς*. *Τραῦμα δέ,* inquit,

τρῶσις σαρκὸς ὑπὸ σιδήρου γενομένη ἐφ' ὑγείου (ὑγιεινοῦ) σώματος, πληγὴ δὲ ἐκ χειρὸς πλῆξις. (cf. Pt. A. § 80). — *θράσος θάρσος* (cf. E. G. 255, 27 et v. me disputantem de hac distinctione in cap. XII). — In *Λῆμα, λῆμα μὲν δι' ἑνὸς μ τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς, ἡ ἀνδρεία* — conf. etiam Eranius. In fine autem habet *τὸ λαμβανόμενον κέρδος*: sufficit *τὸ λαμβανόμενον, κέρδος* verosimiliter ex margine irrepsit. (An Segaarium fugit, Eranium p. 170 illud *κέρδος* tueri?). — In *Ὄλβιος* copiosus Trai. v. *Ὀλβιοδαίμων*, tradens non tantum discrimen inter *ὄλβιος* et *εὐτυχής*, sed et inter *πλούσιος, εὔπορος, ἀφνειός, εὐδαίμων* et *μακάριος*, quod et Ammonius notavit v. *Πλούσιος* p. 113 a quo in eo tantum differt Noster, quod cum Thoma et Ascal. pro *τύχας* habeat *χρείας* (cf. E. G. 424, 58 et v. me de hac distinctione in antecedente capite disputantem). — p. 20. In *Νῆες, αἱ μὲν νῆες στρογγύλαι φορτιζόμεναι· τὸ δὲ πλοῖον στρατιωτικόν* unde et lectio *στρατιωτικοῖς* in loco Aristotelis firmatur. conf. Eranius. — p. 22 *Ἆθλον*, ait, *καὶ ἔπαθλον διαφέρει. Ἆθλον μὲν γὰρ καλεῖται αὐτὸς ὁ ἀγών. Ἔπαθλον δὲ τὸ διδόμενον νικήσαντι.* Convenit Eranius, qui bene *τὸ διδόμενον τῷ νικήσαντι δῶρον.* Verum potest haec *ἐναντιοφάνεια* (scil. cum Amm. 4 *ἆθλος* et *ἆθλον.*) ita tolli. *Ἆθλος* nempe tantum certamen significat, non praemium. *Ἆθλον* praemium sed et certamen. *Ἔπαθλον* praemium tantum. — p. 30 *Σικελοὶ μέν εἰσιν οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ οἰκοῦντες βάρβαροι. Σικελιῶται δὲ οἱ ἀπὸ Ἑλλήνων πόλεως μετοικήσαντες.* (cf. Pt. A. § 145). — Haec pauca sufficiant, plura in re dilucida addere nolo.

XIV. De Thoma Magistro.

De Thoma Magistro admodum difficile est iudicatu. Eum cum Ammonio haud pauca communia habere,

multi homines docti viderunt. Necnon eum interdum suo arbitrio quaedam mutavisse, quaedam aliunde addidisse; imprimis autem exempla ab auctoribus, quoscunque forte sequitur, aliena, eaque a Libanio, Aristide, Luciano, Synesio, aliis, nonnunquam etiam a priscae aetatis scriptoribus ut Aristophane, Platone, Demosthene ceteris petita ad priora appinxisse vel in locum eorum substituisse iampridem notum est. More suo Thomas etiam synonymici cuiusdam libri locos permultos sui iuris fecit eo consilio, ut, cui sua deberet, homines fugeret. Audi Ritschelium Praef. in ed. p. L. ita verba facientem: „Ille (sc. Thom.) quos tractavit grammaticos, callide tacet, nominat, quos aut nunquam vidit aut tanquam a se refutatos commemorat gloriolae captandae causa: quae quorundam hodieque consuetudo est. Itaque nunquam nominavit Moeridem, nunquam Ammonium quod non fugit Valckenaerium Praef. p. XXIV. Contra ipse non novit Pollucem, cui cum nihil quidquam debeat, tamen quoniam semel eum nominatim laudat, p. 246, 6, sumpserit hoc testimonium ex Ammonii aliquo exemplari, cui quis in margine asperserat verba *οὕτω καὶ Πολυδεύκης*.“ Quod cum ita se habeat, — ubi Thomas et Ammonius in diversum abeunt, utrum Thomas eo ipso codice, quem omnes libri Ammoniani editores, Valckenaerio haudquaquam excepto solum sequuntur, utens suo ingenio indulserit, an ex alio collectionis Ammonianae codice, an ex alia collectione synonymica, cui plurima cum Ammoniana communia fuerint, hauserit, dici plerumque nequit. At tamen in universum tantum haud negari posse confido, etiam Thomae, sicut ceteris auctoribus, non eam, quam Valck. edidit, collectionem Ammonianam in manibus fuisse, sed paululum ab ea diversam et interdum pleniorem collectionem. Ego totum percurri Thomam eiusque articulos synonymicos singulos cum

Ammonio cognatisque libris contuli. Sed omnia expromere vix operae pretium fuerit, itaque, ut tu, lector candide, aliquatenus possis de hac materia iudicare, ego eos tantum locos, qui in rem faciunt, proponam meamque ipsius sententiam, quam habeo de singulis locis, quam maxime potero, reticebo. Thom. M. 29, 13 *ἀπολείπει, ἐκβάλλει.* Ammonio haec distinctio deest, quam v. Eran. 160 (Thom. sibi habet duo exempla, alterum ab Aristophane, alterum a Libanio petitum); Thom. M. 34, 14 *ἄληθες, ἀληθές* (cf. Amm. 10, Pt. A. § 106. Intende ad Thomae *ὄντως*, Ptolemaei *τῷ ὄντι*); Thom. M. 37, 4 *ἀποκήρυκτος, ἀπόκληρος, ἐκποίητος* (cf. Amm. 19; Pt. A. § 21, Eran. Ph. 157 qui omnes de voce *ἀπόκληρος* tacent); Th. M. 38, 8 *ἀράχνη, ἀράχνιον, ἀράχνης* (cf. Amm. 24 *ἀράχνη ἀράχνιον*, cuius in lemmate scilicet *ἀράχνης* deest, Eran. Ph. 156); Th. M. 61, 4 *βοηθεῖ ἐπικουρεῖ συμμαχεῖ ὑπερμαχεῖ, ἀμύνει* ceterum = Amm. 31, sed addit Thom. *πάντα δὲ ταῦτα καὶ ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν ἁπλῶς λαμβάνεται.* (cf. Amm. 15 *ἀμύνεσθαι ἀμύνειν*); Th M. 75, 13 *γέλοιος, γελοῖος γελοῖον* (Amm. 36 deest *γελοῖον*); Th. M. 83, 6 *δίκη, γραφή* Apud Amm. p. 44 *δίκη* distinctio, quae esse debebat, deest); Th. M. 88, 7 *διέφθορεν ἀντὶ τοῦ ἐφθάρη — καὶ ἀντὶ τοῦ ἔφθειρε,* Amm. 41 *διέφθαρται, διέφθορε: διέφθαρται ὑφ' ἑτέρου, διέφθορε δ' ἕτερον*; Th. M. 96, 8 *διήγησις, διήγημα* plura quam Amm. 43, 6. E. G. 145, 61 facit cum Thoma; Th. M. 144, 9 *εὐειδής, καλός* Amm. 61 *εὔμορφος εὐειδής*; Th. M. 167, 7 *ζυγός, ζυγά* Amm. 65 *ὁ, ἡ ζυγός;* Th. M. 205, 1 *ὕμνος, ἐγκώμιον, ἔπαινος* (Amm. p. 139 tacet de voce *ἔπαινος*, sed videsis Ep. Ps. 170, 32 *ὕμνος ἐγκώμιον* et 133, 30 *ἔπαινος ἐγκώμιον.*); Th. M. 241, 11 *μνᾶται μνηστεύεται.* Apud Amm. deest, contra v. Eran. Ph. 171; Th. M. 259, 16 *οὐδέποτε οὐδεπώποτε,* deest apud Amm., extat apud Pt. A. § 35; Th. M. 278, 1

παραβολή, παράδειγμα. Aliter Amm. 109, sed v. Ep. Ps. 161, 34; Th. M. 323, 14 ῥύγχος, ῥάμφος (Amm. 123 ῥίς, ῥύγχος, cf. E. G. 490, 32 ῥάγχος, ῥάμφος, πρόσωπον); Th. M. 353, 12 τέχνη, ἐπιστήμη, ἐπιτήδευμα (cf. Amm. 134 ἐπιτήδευμα, τέχνη, E. G. 202, 37 ἐπιστήμη τέχνη); E. G. 202, 37 ἐπιστήμη τέχνη); Th. M. 358, 15 γεννᾶν, τίκτειν (deest apud Ammonium, invenitur in schedis Parisinis cf. cap. VII., in Epim. Hom. An. Ox. I, 104 v. cap. IX, in Etym. Gud. 123, 10); Th. M. 376, 1 φαῦλον φλαῦρον (deest apud Amm., extat in Eranii schedis 174, cf. E. M. 789, 48); Th. M. 379, 13 φαρμακός, φαρμακίς (cf. Amm. 142; φαρμακεύς, φαρμακός); Th. M. 391 χρήστης δανειστής (Apud Amm. 149 distinctio desideratur, quae supplenda est ex Thoma); Th. M. 401, 4 χιτών, χιτώνιον (Amm. 148 χιτώνιον χιτωνίσκος cf. Ep. Hom. An. Ox. I, 434 χιτών, χιτωνίσκος et Eust. 1166, 51); ultimo loco, ne quemquam fugiat, consilio adhuc omissum Thomae articulum commemoro p. 359, 4 sqq, qui articulus imprimis mihi notabilis videtur, quod optime epitomatorem Ammonianum corporis Herenniani membra disiecisse et laceravisse demonstraret, — nisi ipsius Thomae esset ille locus. Thomas p. 359, 4 multa ad varia necessitudinis genera pertinentia nomina tractat, ibique complurium articulorum apud Ammonium sepositorum differentias exhibet. (Amm. 135 τήθη, τηθίς, 135 τιτθή, τροφός, τιθηνός, 17 ἀνεψιοί, ἐξανεψιοί, 47 ἔκγονος, ἀπόγονος, ultimo quidem loco Thomas habet ἔκγονος ἔγγονος, sed ἔγγονος ex Ammoniano, qualem nunc habemus, libro intercidisse videtur, nam E. G. 176, 21 agit de differentia vocum ἔκγονος, ἔγγονος, ἀπόγονος.) Quid de hoc Thomae articulo statuendum sit, videant alii; ego quamquam me pudet, me sub ipsum finem mei opusculi, talem ignorantiam prodidisse, tamen nunc finem faciam.